

www.e-rara.ch

**Disputationum iuridicarum inauguralium selectiorum in inclyta
Basileensium Universitate disquisitioni publicae ac solenni expositarum
volumen novum**

Causse, Johann Conrad

Basileae, A. 1653

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-22067>

IV. Dissert. ex iure publ. de statu mixto S.R. Germ.Imperii

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



IV.

DISSERT. EX JURE PUBL.

De

STATU MIXTO S. R. GERM.
IMPERII.

Publica Censura exposita Basilea,

A. ∞ IOC XXXVII. D. XXX. Oct.

ab

HENRICO MEIERO Bremensi,
pro gradu Doctoratus
in U. J.

T H E S I S I.

Quoniam ea, quæ communiter omnibus profunt, his quæ specialiter quibusdam utilia sunt præponenda: *a*] Nec immeritò de Republica, quæ omnium salutem complectitur, *b*] notanda quædam proponimus. *c*]

a] *Auth. res quæ. C. comm. de leg. & fideicom. l. 3. C. de primipilo. lib. 12. c. siar. 35. C. 7. quæst. 1.* Universalia amplitudine particularibus præstant. *Wesembec. parat. ff. quor. bon. n. 2.* *b*] Finis enim civilis societatis Salus publica; hujus itaque commoda ut promoveamus, ac Reipubl. jussis pareamus, naturali jure obstringimur *l. 2. ff. de J. & J. nec parentibus modò, sed & Reip. nascimur. l. 1. §. 15. ff. de ventr. in post. mixt. cujus publica instituta, paternâ potestate potiora. l. 14. pr. ff. ad SC. Trebell. l. 14. §. 4. ff. de muner. adeò si quid parens, ad patriam (quæ omnes omnium charitates complexa est; *Cic. Offic. 1.*) delendam, machinatus fuerit, impunè à filio occidi possit. *l. 35. ff. de relig. 19. §. 7. ff. de captiv. & postlim. revers.* *c*] Utilitas hujus instituti commendatione non eget, ipsa enim se ostendit *l. 1. ff. de in integr. rest.* Neque enim Reip. status.*

status bene se habet, nisi optimis legibus rerum privatarum judicia constituantur; nec illa etiam diu salva sunt, nisi in felici & rectè Reipubl. fundato statu ac stabilito: Publica quapropter conjungenda privatis. Uti & juris prudentia nostra non in juris privati rebus solummodo consistit. Jurisconsultus enim Delphicum Oraculum est, cujus ex tripede & publicam & privatam petere salutem, cuius integrum est. *D. Limnaeus lib. 1. de jur. publ. cap. 2. num. 3.* Inde in libris juris nostri, nec omissa juris publici tractatio, quatenus confert ad juris privati distributionem, uti vestigia ejus quamplurima existant, in ff. ubi de Magistratibus. iii. de R. D. ubi de rebus sacris ac publicis. *t. 1. de jurisd. de re militari,* & Codice ubi de iisdem, maximè de Sacro jure agitur. Et quamvis Jurisconsultorum veterum de jure privato, tanquam frequentiori, plura existant responsa, *arg. l. 3. ff. de LL. l. 25. ff. de lib. leg.* exinde jus publicum incognitum affirmat *Cic. 1. de LL. quod minus in usu necessarium apud privatos, publicarum enim rerum notitia, magistratuum officio incumbit, qui ob industriam singularem electi, prudentium consilio aequè non indigent; Quòd verò inter constitutiones Principum, de jure publico rariora, quàm de privato existant decreta, eò factum, quòd Imperatores Rempubl. suo arbitrio regi maluerunt, quàm Legibus præscriptis, uti ex *Caboc. lib. 1. disp. cap. 1. refert. J. Bruning. de homag. conclus. 22. in fin.* Optimi tamen Principes, in rebus arduis, nunquam de jure agere voluerunt, nisi doctissimorum Jurisconsultorum adhibito consilio, uti de Alexandro Imper. tradit, in vita ejus *Lamprid.* Et justitiæ sacerdotes. *l. 1. §. 1. ff. de J. & J. non Reipubl. Romanæ solummodo sed orbi terrarum præferre. Besold. præcogn. poliic. cap. 9. pag. 84.* Nerva Jurisconsultus familiarissimus Cæsari fuit. *l. 2. §. 47. ff. de O. J. Ulpianus parentis l. 4. C. locat. & amici nomine, ab Imper. Alexandro compellatur. l. 4. C. de contrah. stip. uti & Volusius Mærianus Jurisconsultus. l. 17. ff. de jur. patron.* Bartolus Jurisconsultorum antesignanus, in luce Reip. versatus, Carolo IV. Imper. à consiliis, ab eoque insignibus privilegiis dotatus fuit. *Paurmeister de jurisdict. lib. 2. cap. 6. num. 160.* Quum verò Græcorum ac Romanorum exemplo de forma Reipubl. de quæ jure & potestate imperantium disquirere liceat, *Wurmser. exerc. 1. jur. publ. thes. 2.* quid mirum itaque, si de iis, aequè ut quæ ex jure privato descendunt, in Academicis differatur? Nec obstat, quòd sacrilegii sit instar, disputare de judicio Principis. *l. 3. C. de crim. sacrileg.* Aliud enim est disputare de factò, aliud de jure ejusdem, *Besold. de JEt. Imper. Roman. cap. 1.* Aliter respondet ad *d. l. 3. D. Limnaeus lib. 1. de jur. publ. cap. 13. n. 39.* ubi Principis potestatem ab usu potestatis distinguit. Minus verò officit, quòd Regum sit de Regibus judicare; Actiones enim & consilia Principum, non incommode fluminibus comparantur; quorum scaturigines paucis cognitæ, licet cursum ac progressum ipsorum omnes conspiciant. Archiva horum, quandiu oclusa sunt, inquirentibus responsa denegant, aperta veritatem nulli celant. Non equidem ignarus, omnia hæc apertius & perfectius à quotidiano rerum usu ipsis rerum documentis apparere. §. 6. *Inst. de satisdat.* quum nonnunquam à judicio discordet effectus, & quod credebatur conjectura prodesse, experimento inveniatur inutile. *Novell. 111. in præfat.* Nimiis interim rigoristorum, qui sapere ex regula & ex experientia planè contrarias rationes statuunt, ut qui alteri assuefactus sit, ad alterum sit ineptus. *Baro de Verulamio de augment. scient.* Nec enim inutiles istæ scientiæ, quæ ingenia acunt & ordinant, experientia & rerum usu quæ perficiuntur. Sicuti verò hisce convenit, qui à Reipubl. armantur,*

armantur, ut quotidiano exercitio ad bella se præparent. *l. 15. C. de re milit.* quos satius supervacuo lassari labore, ut sufficere necessario possint, ita in omni negotio, quem in re trepidare nolueris ante rem exerceas. *Senec. epist. 18.* Qua ratione & in scholis, nec ea tantum discenda, quæ in iis saltem profunt. *Besold. de jurisdict. Imp. Rom. cap. 1.* sed quæ ingenium civem, ad Remp. in partibus sibi credendis, gubernandam, perficiunt. *proem. Instit. in fin.*

I I.

Rei variæ significationes sunt *a]* ac divisiones *b]* quædam ex hisce privatae vel publicæ dicuntur. *c]*

a] Rei enim nomen generale est. *l. 1. ff. de R. C.* adeoque ut terminus transcendens multa complectitur, cætera omnia excedens & superans significata. *Vid. Schneiderv. Instit. de R. D. n. 3. Gothofr. ad d. l. 1. ff. de R. C. l. i. b. DD. Wachmann. disc. de privileg. thes. 11. lit. b.* *b]* Summa & propria juris disciplinæ rerum divisio; quod res divini vel humani juris sint; humani juris, publicæ vel privatae. *l. 1. pr. ff. de R. D.* Suntque vel publicæ jure naturali, ideoque usque communes omnium, & in nullius bonis esse creduntur. *§. 2. Instit. de R. D.* vel jure gentium & civili publicæ, quasi populicæ, eoque Imperii ac populi Romani sunt. *Wesembec. parat. ff. de R. D. n. 3.* vel communes sunt quoad dominium & usum, populi verò sunt in cujus territorio existunt, quoad Imperium nudum. *l. 3. ff. ne quid in loc. publ.* Principes verò, postquam ex L. Regia populi jus ad se transulerunt. *§. 6. Instit. de F. N. G. C.* res singulorum privatæ reliquerunt, reliquas putà communes publicas nullius & universitatis sibi referarunt, uti tradit *Loiseau des seigneuries cap. 3. n. 78.* *c]* Res pro republica, h. e. imperio publico dicitur, *§. fin. Inst. de F. & F.* quæ significatio rei pro Republ. frequens est, quod ex Enniano illo patet;

Moribus antiquis Res stat Romana virisq.

Et generaliter sumitur, ut omnis regiminis species comprehendat; pro hominum plurium ac rerum privatarum, inter se communium gubernatione, quæ una aliqua summa potestate continetur. *Timpler. 1. polit. cap. 2. quæst. 1.* Respublica enim res populi est; populus verò non est omnis multitudo; sed cætus juris consensu & utilitatis communione sociatus. *Besold. de præcogn. polit. cap. 8. p. 76.* Speciatim verò capitur Respubl. 1. pro civitate. *1. 1. C. de jur. Reipubl.* 2. pro civitatis communi bono ac fisco. *l. 4. C. de jur. Reip.* 3. pro ordinatione civitatis. *Arist. 1. pol. 4.* 4. pro specie Imperii Aristocratici, oppositi Monarchiæ ac Democratiæ. *F. Bruning. de homag. thes. 39.* 5. Specialissimè pro gubernatione Democratica, omnia ubi publica, communia civibus sunt, de qua latè *Arnif. 2. de Rep. cap. 5. sect. 5.*

III.

Periculosa cum sit omnis definitio in jure *a]* tum maximè Reipubl. est. *b]* Eam probamus *c]* quâ propriè Respublica dicitur Ordo *d]* Summæ *e]* po-

restatis *f*] à qua profluit regimen *g*] per medios magistratus *h*] in universos subditos. *i*]

a] l. 202. ff. de R. J. *b*] Varios variorum definitiones Reipubl. examinat *Aris.* 2. de Rep. cap. 1. sect. 1. princ. & seqq. *c*] Cum *D. Aris.* 3. de lib. 2. de Republ. cap. 1. sect. 1. n. 10. qui hanc definitionem ex *Aris.* 3. polit. 4. tradidit. *d*] In ordine enim imperantium & patientium essentia Reipubl. consistit, quemadmodum ex anarchia ejusdem destructio a cetero provenit. Spiritus ille vitalis est, quem tot millia trahunt, nihil ipsa per se futura nisi onus & præda. *Senec.* 1. de Clem. 4. *e*] Summum dicitur quod est altissimum, extremum & maximum: Hinc *Virgilius* ad Jovem,

—— Summe Deum.

Venit summa dies & ineluctabile fatum.

Summum consilium majores nostri appellarunt senatum. *Cic.* de Senect. Si nulla Respub. est, ubi non est summa Imperandi facultas, non secus ut in corpore physico una est anima quæ imperat, in mundo unus Deus qui omnia moderatur. *Velfen.* Decad. 5. quæst. 1. *f*] Potestas & facultas differunt; illa omnia media administrandi Reipubl. necessaria; hæc, gubernandi ac pro Reip. salute disponendi curas complectitur. *Besold.* de Majestat. in gen. cap. 2. princ. Summa dicitur potestas (manus Regia appellatur. l. 2. §. 1. ff. de O. J. imperium. l. 1. ff. de consit. pr. jurisdictio. *Senec.* 1. de clem.) quæ omnes alias supereminet. l. 7. C. de bon. quæ lib. ac suprema ac sola est. l. 9. ff. de reb. dub. l. 163. ff. de P. S. adeoque suæ originis, nec nisi à Deo, cujus vicem in terris obtinet, dependens l. 1. princ. C. de vet. jur. etuel. nihil itaque majus, nihil sanctius. l. fin. C. de LL. *g*] Summa enim hæc potestas reliquarum omnium in Rep. fons & scaturigo est. *Hodin.* method. histor. cap. 6. Quemadmodum ab Oceano omnia flumina oriuntur, & ad eundem refluunt cuncta. *D. Reinking.* lib. 1. class. 5. cap. 6. n. 61. ita ab Imperio summo in judicantes, per concessiones, investituras, confirmationes & commissiones fluit, & ad idem per appellationes, nullitates & querelas refluxit jurisdictio. *T. Michael* de jur. ind. th. 1. lit. c. Et haud secus ac animæ facultates, omnesque sensus & motus corporis humani, ab animæ virtute proficiunt, & in eadem subsistunt; ita ab Imperio sublimi, omnia inferiora constituuntur *Besold.* de Majestat. in genere cap. 5. princ. Quod proinde absolutum dicitur Imperium proprium istus pence quem Majestas; subalternum verò quod à primo tanquam fonte in alios derivatur. *Besold.* de stat. Reip. subalt. cap. 1. *h*] Summa enim hæc potestas, cum munia Reip. sola expedire nequeat, jurisdictionem atque imperium, inferioribus magistratibus, per varias partes communicat. Parum quia est jura in civitate esse, nisi sint qui jura regere possint, ut sunt magistratus. l. 2. §. 13. ff. de O. J. Qui triplici modo distinguuntur: 1. differunt ex rebus, hinc togati vel armati dicuntur. 2. ex gradu vel mensura jurisdictionis, majores vel minores sunt. 3. ab Authore, aliqui à Republ. creantur, alii à summo magistratu. *Danav.* lib. 6. polit. cap. 2. Summus verò princeps proprie loquendo magistratus non est, sed magistratus causa; non dignitas, sed dignitatum culmen. *Fulter.* jurispr. Roman. lib. 1. cap. 12. n. 38. 39. *D. D. Wachman.* de privileg. thes. 17. lit. b. 1] Quomodo verò quis fiat & dicatur subditus, vid. *Schonborn.* 3. polit. cap. 34. *Gail.* 2. obs. 35.

IV.

Impropriè Respubl. dicitur *a]* quæ licet propriis suis legibus vivat *b]* & formam Reip. in quam ascripta est imitetur, à potestate attamen suprema dependet. *c]* Olim tantùm Respublica Romana dicebatur, *d]* reliquæ privatorum loco habebantur. *e]*

a] Reipubl. nomen quàm variè accipiatur, vid. Paurmeister. 1. de jurisd. cap. 3. n. 2. 3. *b]* Qua angusta significatione civitatis, libera Respubl. dicitur. l. 9. ff. de J. & J. uti S. P. Q. R. omnes civitates Græciæ liberas esse, suoque jure uti iussit, teste Liv. lib. 3. decad. 4. *c]* Omnia membra quantumvis accurate disposita, quandiu capiti subjiuntur, & ab eo reguntur, partes tantùm totius corporis sunt, nec pro integro corpore se venditare possunt. Arnif. 2. de Republ. cap. 1. sect. 1. n. 15. Respubl. itaque respectu Imperii duplex; suprema vel universalis, quæ imperio supremo sine alterius recognitione constat: & particularis, quæ quidem jus Reipubl. habet, sed à superiore. Besold. de stat. Reip. subalt. cap. 1. pr. Sic civitates Imperiales, perfectæ non sunt Respubl. quoniam salvis privilegiis, quibus ab Imperatoribus donatæ sunt, tanquam subditæ in reliquis Imperium Romanum recognoscant. Paurmeister. de jurisd. lib. 2. cap. ult. n. 30. *d]* L. 12. ff. de SC. Macedon. l. 16. ff. de V. S. Quæ & simpliciter & absolute civitas dicitur. §. 2. Instit. de J. N. G. C. æterna urbs. l. 1. C. de privil. corpor. urb. Rom. lib. 11. gloriosissima urbs, caput orbis terrarum, florentissima civitas. l. 3. C. de Cosl. lib. 12. *e]* Ad exemplum solummodò Reipubl. Romanæ habebant arcem & res communes. l. 1. §. 1. ff. quod cuiusq; univers. nom. cuius dicebantur effigies parvæ & simulachra quædam. A. Gell. lib. 10. cap. 3. & instar Regiæ urbis senatum, municipiis curiam constituit; Justin. Imp. ubi res publicæ agitentur. Nov. 38. pr. Inde jus fisci ipsis denegabatur, nisi specialiter à Principe concessum, l. 10. ff. ad municip. aut lege sua, privilegium obtentum. l. 37. ff. de reb. auth. jud. poss. de crimine non cognoscebant. l. 12. ff. de jurisd. beneficium restitutionis, quod iis concedebatur, qui Reipubl. causâ abfuerant. l. 4. §. ff. ex quib. caus. maj. æquitatis ratione solummodò à Principibus porrectum ad eos, qui municipii causâ aberant. l. 8. l. 26. §. ultim. ff. ex quib. caus. maj. l. 1. C. eod. Hodie verò Principes ac civitates qui superiorem equidem recognoscunt, sed ab Imperio regalia jura promeruerè, vel consuetudine præscripsère, jura confiscationis, ac publicationis bonorum, meritò sibi vendicant. c. quæ sint regalia. 2. Vend. 56. Quod jur. Saxon. extenditur ad omnes qui supremam jurisdictionem habent. Schneiderr. Instit. de hered. ab invest. iii. de success. fise. n. 8. Ac incongruè istos agere tradit Sixtin. 1. de regal. c. 4. n. 1. qui à prædictis civitatibus, argumentantur ad civitates liberas & Imperiales, vel quæ mixtæ sunt, & extra pacta & conditiones liberæ sunt, unde privatorum loco haud censendæ. Imperiali enim beneficio, non minus ac reliqui Ordines Imperii autocraticam jurisdictionem, liberæ civitates sibi vendicant, posteaquam immédiate Imperio subsunt, Statibus Imperii accensentur, parique cum illis immunitate in districtibus suis gaudent. Gall. lib. 2. observ. 57. n. 7. Unde & Dd. privilegia Reip. Romanæ hodie etiam ad Respubl. liberarum civitatum exten-

duat. Cluven. in syllog. rer. quotid. thes. 27. lit. c.

V.

Respublica simplex est vel mixta.

Summa hæc potestas, perfectum quid & absolutum est, quod neque crescere, neque minui potest, non secus ut maris abyssus. *D. D. Reinking. reg. secul. lib. 1. class. 5. cap. 6. n. 62.* quare per se non differt, sed differentiam constituit penes quos residet; indeque Status Reip. monarchicus est, vel polyarchicus. Polyarchicus status simplex aut mixtus. Mixta quamvis quandoque comprehendantur sub simplicibus. *Dd. ad l. 2. ff. de verb. oblig. Loiseau des officis lib. 3. cap. 4. n. 36.* quod ad tres casus restringit *Schneidervv Insit. de act. §. 1. num. 40.* attamen quum mixturâ simplicium substantia non mutatur. *l. 30. ff. de usucap. mixtum sub simplici non comprehenditur: Calvin. in Lexico verb. mixtum;* sed diversam & propriam speciem, distinctam à simplici efficit. *arg. l. 1. ff. de prator. stip. l. 31. ff. de vulg. substii.* Manent enim diversa substantiis, sicut corpus animatum, & anima ipsa, continens & contentum, quæ utcumque vinculo quodam conjuncta, sua natura contraria sunt, uti inductione probat *T. Michael. de jurid. thes. 100.*

VI.

Simplicis Reipubl. species, sunt Monarchia, Aristocrata, Democratia.

In Monarchico statu simplici, unus summæ rei præest; in polyarchico aut pauci optimates, unde Aristocrata; vel populus, ejusve major pars Remp. administrat, quæ Democratia dicitur. Cunctas enim nationes & urbes Populus, primores aut singuli regunt. *Tacit. 4. annal.* Interdum populus est quem timere debeamus; interdum si ea civitatis disciplina, ut plurima per Senatum agantur, gratiosi in ea timeantur viri; interdum singuli, quibus potestas populi & in populum data est. *Senec. epist. 19.*

VII.

Mixtio dicitur miscibilium alteratorum unio. *a]* Ut verò in Elementaribus ex simplicibus formis unita, in mixti formam desinunt; *b]* ita quum tres simplices formæ Reipubl. miscentur, suo concursu novam aliquã à simplicibus diversam constituunt. *c]*

a] Alteratorum non corruptorum, unio non generatio. Distinguenda propterea alteratio, quæ sit miscibilium comminatione & summi gradus remissione, à confusione. *Arnisf. 2. de Republ. cap. 6. sect. 1. n. 15.* Sic mixtum dicitur Imperium, cui etiam jurisdictio inest. *l. 3. ff. de jurid. vel quod permixtum est jurisdictioni, ut vult Wesembec. parat. ff. de jurid. n. 7.* non quasi cum jurisdictione ita sit confusum, quemadmodum aqua cum vino, sed quod ita cum ea conjunctum sit, ut alterum sine alterius ope expediri regulariter vix possit, quare imperium jurisdictioni coherere ait *Jct. Paulus. l. 1. §. 1. ff. de offic. ejus cui mand. jurid.* Licet enim usu & exercitio, imperium &

juris-

jurisdictio ita conjuncta sint regulariter, ut raro separari possint, rei tamen substantia distincta manent. *D.D. Reinking. de reg. sec. lib. 2. class. 2. cap. 17. n. 5. b]* Elementa enim licet inter se maxime contraria sint, quum tamen utrinque aliquid remittunt, etiam contrariorum mixturam admittit natura. In corpore humano quatuor temperamenta, (repugnante licet naturâ) invicem mista, quæ nec absque alterius complexu libera aut castigata. *T. Smith. de Republ. Anglor. p. 116. c]* Quæ mixta Respubl. vel 1. constituitur, quando jura majestatis separantur; imperium enim plenarium vel conditionatum transit. Vel 2. conversione Reipubl. adimitur in totum, vel limitatur suprema potestas, quod sæpius ita irripit, ut vix percipiatur nisi secuta conversione. *Besold. d. Stat. Reip. mixt. cap. 1. num. 3.*

VIII.

Variè licet misceri dicantur Respubl. *a]* vera tamen mixtio in juribus Majestatis consistit, de cujus summa potestate, cum aliquid remittitur; quod partibus Reip. separatim non tribuitur, corpori Reip. conjunctim adpropriatur. *b]*

a] Aliqui etenim, 1. ob formæ Reipubl. ejusque administrationis differentiam, mixtionem constituunt. Sed propter gubernationis formam, si mixtionem vel simplicitatem Reip. æstimemus, nulla pura dabitur. Ut enim non quævis corporum confusio mixtionem facit, sed si formæ Elementares, refractæ & unitæ, in novam à simplicibus formam diversam desierint, adeo ut minima portio etiam mixta sit; sic mixta Resp. quando ob alterationem jurium majestatis non constat, quo nomine denominari Respubl. debeat. *Arnis. 2. de Rep. cap. 6. sect. 1. n. 1. 7. 13.* Quod si non ex jure, sed gubernationis ratione Respubl. definiretur; tum Dominus servum filiali amore complectens, non affectione sed jure fieret pater. *Besold. de Stat. Reip. mixt. cap. 1. n. 2. 2.* Non obtinet in subalterno Imperio mixtio, quia integrâ transit jurisdictione, ab uno ad alterum, & in vicissitudine, unicuique speciei forma sua constat. *Arnis. 2. de Rep. cap. 6. sect. 1. num. 20.* 3. Nec in concursu æquali, simplicitate specierum, inde enim confusio ordinis imperandi ac parendi; nec æqualis majestatis divisio consistere potest: quod enim summum est, nec æquale nec superius admittit. *Arnis. doct. pol. cap. 8.* 4. Nec si capita Majestatis aliquot partibus simul tribuantur, sed diverso modo ac jure, inde mixtio est, quia jura majestatis ad utramque partem conjunctim recidunt, & Remp. in specie dictam constituunt, de qua superius thes. 2. lit. c. in fin. Non enim modus dispensationis, sed gradus dominationis formam Reip. constituit. *Arnis. 2. de Republ. cap. 6. sect. 1. num. 32.* *b]* Jura Majestatis vel unus possidet, vel pauci, vel omnes, & simplices formas Reip. constituunt; dum verò quedam uni, paucis & omnibus attribuuntur, & singuli de exquisita perfectâ Majestatis specie quid remittunt, ad temperatam mediocritatem ritè conspirant. *Arnis. 2. de Republ. cap. 6. sect. 1. num. 38. Besold. de Stat. Reip. mixt. c. 1. n. 3.*

nationis prætextu, ad illicita quæque abriperet. *Guicciardin. in descrip. provinc. Belg. p. m. 207.* c] Qui Respubl. commiseri præcipiunt, non monstra fingunt, sed ne monstrum aliquod atque portentum ad perniciem Respubl. gigni possit, sapienter elaborant. *Uforus lib. 8. de Reg. instit.* Fundamentalibus enim & dominandi Legibus Principem solvere, nil esset aliud, quàm regnâ jura convellere, caput à membris avellere, & totum Imperium pessundare. *Wurmser. exerc. 3. jur. publ. thes. 1.* Et dignitati supremi Principis, per restrictionem Legum fundamentalium nihil magis decedit, quàm humana libertati, quando se vel alios sine causa occidere prohibetur, quod magis impotentia est, quàm potestatis. *Besold. de Majest. in gen. cap. 1.* Vel supremæ divinitati derogat, quia peccare nequit, quo illustrior fit ipsius perfectio. *D. Limnius lib. 2. de jur. public. cap. 8. num. 40.* Quibus legibus fundamentalibus, maximi Reges Europæ obligentur, vide *Cluten. in syllog. ver. quovis. thes. 16. lit. c. Speidel. in notab. polit. tit. Capitulationum.*

X.

Jura Majestatis sunt majora vel minora.

Rectius dicuntur Majestatis jura, quoniam non solum Reges (quo nomine in jure feudali Imperator significatur. *vers. notandum. 1. Feud. 1. §. 1. in quibus. 2. Feud. 33.* unde Regalia, regiae potestatis jura & basilica appellantur) fed & populi liberi, apud quos summa est potestas, ejusmodi eminentias habent. *Besold. de Majest. in gener. sect. 2. cap. 1. Dan. Otto de jur. publ. cap. 11. p. 225.* Regalia dicuntur ut soli Regi competentia, eoque nomine jura majestatis sunt; vel ut à solo Rege data, & sunt usus jurium majestatis deficientis proprietate; qua ratione distinguuntur regalia à Majestatis juribus sive reservatis Principis, illa à superioritate profluunt, ejusque functiones esse videntur, quæ propterea ejus non sunt præminentia, ut hæc, quæ absolute sine respectu alterius ad decus & excellentiam principis referuntur, indeque difficilius conceduntur. *Clapmar. de arcam. Rerumpubl. lib. 1. cap. 21. Besold. 1. politic. 4. §. 1. num. 3.* In Majestate verò quoniam non sunt gradus, quia individua est, majora regalia Imperatorem, minora imperium ipsius demonstrant. *Dan. Otto de jur. publ. cap. 11. pag. 227.* Quamvis temporum iniquitas & locorum diversitas, sæpè majora regalia cum minoribus confundat. *Besold. 1. politic. 4. §. 40.* Unde & rectius regalia in Majestatis vel personalia, & fisci vel fiscalia dividere voluit; quippe cum illa personam solum Cæsareæ Majestatis ornent, hæc fiscum Imperii etiam augeant. *Bocerus de regal. cap. 2. num. 4.* Sicuti usi ac consuetudine introductum, ut quæ antea regalia non erant, nec referuntur in *cap. quæ sint regalia. 2. Feud. 56.* iis accenseantur. *D. D. Wachman. de privileg. concl. 24. lit. b.* uti observantia Germaniæ, merum Imperium ac jus venandi Regalibus adnumerantur. *Vid. Dd. ap. Wurmser. exerc. 3. jur. public. thes. 8.* Minora Regalia, quæ & fisci dicuntur, olim soli Imperatori competeabant, nec principibus reliquis communicabantur; unde Friderici Barbarossæ Imper. tempore, reditus Imperii sexaginta tonnarum auri fuisse serunt, quæ jura postmodum Imperii successores, ut factionibus Pontificum resisterent, vel privata utilitatis causa Procerum suffragia obtinerent, vendere, ab Imperio alienare, principibusque communicare cœperunt, ita ut hodie reditus ordinarii ex Imperio tanti vix sint, quantum disponendis & alendis postis sufficit. *Schneider. in sum. de hered. quæ ab intest. tit. de success.*

ff. c. num. 5. & aquila ad eò deplumata, ut hoc venerabile Imperii specimen, magis cæterorum pietate, quam suorum fortitudine servari, satyricè credat *Euphorm. in icon. anim. cap. 5.* Quæ verò hinc incommoda in Rempubl. nostram promanarint, graviter deplorat *Jul. Pflug Episcop. Numburgensis, ap. Besold. de Stat. Reip. mixto. cap. 2. n. 12.*

XI.

Mixtio hæc, quomodo in diversis Imperiis obtineat, alii explicarunt. *a]* Quæ verò in Sac. Rom. German. Imperio observetur, paucula delibare animus est. *b]*

a] Quos recenset *Arnif. 2. de Rep. cap. 6. sect. 1. num. 1. Et seqq. capit. Besold. de stat. mixt. Reip. c. 1. princ. Et c. 3. per tot.* Et vix ac difficulter puram ac simplicem Rempublicam, quæ non habeat aliquid temperamenti, atq; mixturæ reperiri, ait *Arnold. Clapmar. de arcan. rerumpubl. lib. 5. cap. 20.* quod tamen haud asserere audeat *Besold. de stat. Reip. mixt. cap. 1. num. 1.* Quamvis mixtam Reipubl. speciem reliquis præferat. *Id. de Rerumpubl. int. se comp. n. 5.* *b]* Satius est de causa & factò alterius nescire, quam de jure suo ignorare. *l. 3. ff. de Juris Et fact. ignor.* Si itaque turpe est civi jus in quo versatur ignorare, *l. 2. §. 43 ff. de O. F. quanto turpius, statum Reipubl. suæ nescire, unde jus deduci testatur Arist. 3. Et 6. polit. Qui qualis sit, non tam ex jure veteri, quam ex moribus & constitutionibus Imperii, Aurea Bulla, Cæsareis ac Regiis capitulationibus, constat. D. Limneus lib. 1. jur. publ. cap. 3. pp.* Quamvis in iis in quibus mutatum non est jus commune, moribus vel expressis constitutionibus Imperii, meritò adhuc servari debeat. *Paummeister. 2. de jurisd. cap. 6. num. 152.* Quicquid enim speciali lege non correctum, id veterum Legum constitutionumque regulis relictum intelligitur. *l. 32. §. fin. C. de appell. l. 35. C. de inoff. test. vers. strenuus. 2. Feud. 1. O. C. part. 3. iii. 54. princ.* In arduis verò hisce, quæque summam Imperatoris ac Ordinum Imperii Majestatem ac superioritatis jura concernunt; quum periculosum sit scribere de iis, qui possunt proscribere, non solùm oculos castos servare, sed & linguam oportet. *cap. 13. C. 6. quæst. 1.* Rivulos proinde hosce prodocere volui, ex limpidissimis fontibus Sanctionum Imperii, & derivationibus Politicorum ac Doctorum Juris publici (quorum auctoritati innitens, quamvis erret, excusatur. *Gail. 1. observ. 126. num. 6.*) Absque veritatis præjudicio, peritorum judicio, ac potiori sententiæ; *l. 16. in fin. ff. qui pot. in pign. meliora edoctus, lubeus subscribam, nec me pigebit unquam, sicuti hæsito, quærere; sicuti cæro, discere.*

XII.

Majestatis jura Imperator cum Statibus Imperii communia *a]* vel propria habet. *b]*

a] Majestatem nunquam communicari posse Aristoteles docuit, eâ ratione Deum cum hominibus amicitiam non habere, existimans; quoniam non est proportio finiti ad infinitum; quod de majestate, non de bonitate Dei explicat

explicat *Besold. de differ. div. hum. sap. pag. 6.* Distinguidum verò principid, inter indivisibilia & indivisa; quorum illa, ob simplicitatem suam divisionem respuunt, hæc, cum sint ex partibus conflata, licet quæ sunt, unum sunt, h. e. indivisa, divisio tamen illis non repugnat. *D. Limnaus de jur. public. lib. 1. cap. 10. num. 45.* Sic in jure multa dicuntur individua, quæ separari possunt. Tutelæ administratio individua est, unde unus quisque tenetur in solidum. *l. 38. §. 1. l. 55. de admin. tut.* dividi tamen inter tutores potest obligatio; ut pro portionibus virilibus exigatur, quemadmodum inter eos distributa administratio. *l. 3. §. fin. ff. de admin. tut. l. 1. §. 11. ff. de tut. rat. distrah.* Obligatio fidejussorum in solidum, ac individua est; quæ tamen in portiones dividitur, ubi omnes sunt idonei. *l. 3. C. de fidejuss.* vel ubi creditor petitionem ipse dividit. *l. 16. C. eod.* Eiusdem generis Majestas est, quæ simul sumpta cum omnibus partibus suis, unum indivisum quid constituit, quæ tamen partes in toto unitæ secerni, & divisim inter plures distribui possunt, adeoq; in majestate unita, inter magistratus diversa sunt. *D. Limnaus lib. 1. jur. publ. cap. 10. num. 45.* Una ac individua est anima, quatenus toti animalium incumbit, quamvis per sensus interiores ac exteriores dividatur. *Arms. 2. de Republ. cap. 6. sect. 1. num. 41.* Et Majestas hæc, quæ in solidum penes corpus Reip. est immediatè à Deo, licet in eodem caput, præ reliquis innumeris modis excellat, & superius sit membris suis, quoad jura reservata. Quoad jura verò communicata, Statum Imperii nostri, duplex potestas est; una quæ superiora concernit, ac consistit in administratione Imperii, respectu juris statuendi de universa Republ. cum Imperatore, in comitiis & alibi; altera quæ inferiora respicit, atque consistit in rebus ac personis ditionum subditarum, unde justerritoriale descendit. *Mingius de super. terris. num. 4. b]* Propria jura Imperatoris, eorum opinionem infringunt, qui Statum Imperii nostri purè Aristocraticum definiunt; quam erroris convincunt jura ista, quæ specialiter ad excellentiam Imperatoris spectare dicuntur, *c. de pac. Constant. vers. volumus*, quæ in Recessibus Imperii passim dicuntur, *Kaiserliche Macht vnd Vollkommenheit. §. Hierumb vnd dieweil. R. J. anno 1542. Kaiserliche besondere Hobeit vnd Reservaten. §. dadurch dann. R. J. Ratispon. anno 1576.* Et reservata dicuntur, quod dispositione generali non contineantur, sed excepta & reservata ipso jure censeantur, nisi expressè eorum fiat mentio. *Paurmeister. 1. de jurisd. cap. 4. num. 14.* Sancta sanctorum proinde dicuntur. *Rol. à Vall. cons. 1. num. 115.* Individua sunt, & ferè sine status commutatione non communi-cantur. *Sixin. 1. de Regal. cap. 5. princ.* Quamvis reservatorum exercitium nonnullis ex privilegio competat. *Besold. de Republ. subaltern. c. 3. n. 1.*

XIII.

Communia sunt, quod Imperator potest cum assensu Statuum Imperii,

1. Leges Imperii Universales ferre, latas interpretari & abrogare.

Universales dicuntur, quibus omnes tenentur; Generalia enim rescripta, & Imperialia statuta, suam vim obtinere, & omni loco valere oportet. *l. 3. §. 5. ff. de sepulchr. viol.* Hæc Leges condere soli Imperatori concessum, easque interpretari solo dignum Imperio. *l. fin. §. 1. C. de LL.* Deus enim ipsi

Leges subjecit, legem animatam eum misit hominibus. *Nov. 105. c. 2. in fin.* unde Romanus Princeps jura tuetur. *l. 35. C. de inoff. test.* Interpretatio eiam Legis pro jure habetur. *l. fin. §. 1. C. de LL.* Principis itaque, ejus modum aestimare. *l. 191. ff. de R. J.* Quantumvis itaque dura sit lex, sequenda tamen. *l. 12. §. 1. ff. qui & a quib. manumiss.* usque dum inter æquitatem jusque interpositam interpretationem dispiciat, Imperatoria Majestas. *l. 11. ff. de LL. l. 1. l. 9. C. eod.* Et hæc authentica interpretatio dicitur, quæ sit auctoritate ipsius Legislatoris; unde & alia Lex constitutiva dicitur, quæ jus novum constituit, alia declarativa, quæ jus vetus declarat. *D. D. Reinking. de reg. sec. lib. 2. clas. 2. cap. 11.* Quam potestatem Declarationis & Leuterationis sibi reservat Imperator. *§. Were aber sach. R. J. anno 1544.* Latas etiam abrogare potest summa hac auctoritate; qui proprius est Legibus non affricta potestatis effectus, positas semel Leges tollere, derogare, subrogare, sive ab ipso, sive a majoribus, sive ab inferioribus cõditæ aut moribus introductæ fuerint. *D. D. Wachmann. de privileg. 1b. 16. lit. d.* Nam propterea Imperium Deus de cælo constituit, ut leges aptet secundum naturæ varietatem. *Novell. 73. pr. §. 1. cui ut sufficiat, nulla lex ab initio sufficienter lata, sed correctione indiget. Nov. 74. princ.* Absque insigni verò utilitate. *l. 2. ff. de const. princ.* minime mutanda sunt, quæ certam semper interpretationem habuere. *l. 23. ff. de LL.* sed mos retinendus fidelissimæ vetustatis. *l. 18. C. de restam.* Pariunt enim novitates discordias, partas nutriunt, nutritas augment, auctas roborant. Leges verò quoniam fundamenta libertatis publicæ ac æquitatis sunt, juxta Cicer. merito quod omnes tangit, ab omnibus approbari oportet. *l. 8. ff. de aqu. plur. arg. l. fin. C. de auth. præst.* Lex propterea commune præceptum, virorumque prudentium consultum & communis Reipub. sponso dicitur. *l. 1. ff. de LL.* Non itaque præsumtio, patrum decretis præponenda. *c. 5. X. de const. princ.* qui enim in omnibus prudentiæ suæ fidit, hunc omnia irreprehensibiliter facere, non sinit Deus. *Novell. Leon. 39.* Quapropter Optimi Principes Senatus consilio, *l. l.* ordinari voluere. *l. 8. C. de LL.* Quæ Senatus autoritas, licet per Cæsaris Imperium fracta & imminuta nimis, ab aliis tamen observata fuit. *l. 7. C. de præd. minor. ibiq; Gothofred.* Exemplo sit D. Hadrianus Imp. qui oratione ait: Dispicite P. C. nunquid sit æquus. *l. 22. ff. de petit. hæred.* quid fieri placet censere. *l. 20. §. 6. ff. eod.* Patet id ex tot orationibus Principum in senatu habitis. *l. 16. ff. de sponsal. l. 3. ff. de donat. int. vir. & uxor.* quibus quod statui cupiebant, id prius Senatui, justum æquumque esse persuadere conabantur. *Wesembec. parat. ff. de senat. in fin.* Unde & orationes Imperatorum; patrum consulta sequebantur. *l. 16. ff. de R. N. ibique Gothofred. in not. & quod uno loco oratione Principis inductum dicitur, id alias S. C. citra antinomiam tribuitur. l. 8. ff. de transact. junct. l. 23. §. 2. ff. de conduct. indeb.* Potestatem hanc Legum ferendam Senatui Rom. Tiberius ademit, ne alioquin vis Principatus resolveretur, cujus ea conditio est, ut non aliter consistet, quàm si uni reddatur. *D. Jacob. Gothofred. in hist. jur. civ. Rom. cap. 3. vers. primum.* Quem simili sanctione secutus Leo Imper. *Novell. 78.* Quamvis & ea Senatus consulta quæ pro jure observata dicuntur. *l. 9. ff. de LL. l. 2. §. 9. ff. de O. J. §. 5. In fin. de J. N. G. C. de jure honorario intelligat, quatenus populus, penes quem suprema potestas, Legum ferendarum auctoritatem tribuit. Uti Senatus consulta, non modo censura tribunorum obnoxia, sed à populo rescissa sapius fuisse, docet *Arnisaus. 2. de Republ. cap. 6. sect. 3. n. 53.* Hodie in Imperio nostro Leges universales, non nisi cum adprobatione Sta-*

Annū Imperii feruntur, ex vulgata clausula: *Ihr Käyserliche Majeſtat haben die Ordnung/ Satzung vnd Urtheil mit rath/willern/zugeben vnd annehmen der Ständ für genommen/ geordnet / geſetzt vnd gemacht/ auch ſich dero mit ihnen in Contracts-weiſe verpflichtet vnd verſchrieben.* §. Vnd Wir Churſürſten. *R. J. anno 1500. Dd. ap. Buxtorf. ad A. B. theſ. 6. lit. c.* Imperator proinde absoluta potestate pro arbitrio determinare, atque Statibus Leges dicere nequit. *D. Limnaeus lib. 9. jur. public. cap. 1. num. 170.* uti constitutiones Imperii cum Statuum consensu firmari ac emendari debere jurant. *art. 2. 38. cap. Ferdinand. II. Imp.* Unde notanter ait *D. Limnaeus lib. 1. de jur. publ. cap. 12. num. 109.* posse Imperatorem solum Leges condere sed non solum; adeoque suprema hæc potestas Imperio, h. e. Imperatori ac Statibus conjunctim competit, debita tamen reverentia capiti tributa, quod potiores partes in Legislatione obtinet. *D. Limnaeus in not. ad Dan. Otton. p. 231. Schonborn. 5. polit. II.* Imperator qui Ein weltlich Haupt des Christlichen Volcks *A. B. cap. 2. Vnd Oberhaupt des heiligen Reichs.* §. Demnach *R. J. anno 1566.* hat sich mit des *H. Reichs-Ständen/* als ein Christlich Corpus vnd Versammlung gegen vnd mit einander vereinigt vnd verpflichtet. *R. J. anno. 1512. pr. Inde & Receßus Imperii* dicuntur, quos cum Imperatore Status subscribunt, & sigillis appensis confirmant. *Vid. Receß. Imper. all. ap. D. Limnaeum lib. 1. de jur. publ. cap. 10. num. 32.* Quod factum post Maximiliani I. Imp. tempora, antea soli Imperatores constitutiones appenso sigillo signarunt. *D. D. Buxtorf. ad A. B. theſ. 1. lit. d.* Reges etiam ac Principes exteri, absque dispendio Majestatis, cum assensu Procerum Regni, Leges ferunt. *D. D. Buxtorf. ad A. B. theſ. 6. lit. g. Cluven. in syllog. rer. quovid. theſ. 16. lit. c.*

2. Camerae judices *a]* ac visitatores decernere, *b]* ac cum Camerali judicio concurrere. *c]*

a] Extrema provocatio, manifestissimum signum supremæ potestatis est. *l. 1. §. 1. ff. à quib. appell. non lic. Arnif. lib. 2. de jur. Maj. cap. 4. Clapmar. lib. 1. arcan. cap. 19.* Attenuata verò Imperatorum potestate, cum rebus publicis ad privatas rationes ferè omnibus redactis; Cæsari non nisi in regnis ac provinciis patrimonialibus, longè ab Imperii centro remotis, domicilium constituere liceret, uti ait *Paumeyſter. lib. 2. de jurisd. cap. 6. num. 11.* Et litium crescente multitudine, ne privatis æquè ac publicis curis planè obrueretur Imperator. §. zum dritten. *R. J. anno 1512.* nec maximis impensis, litigatores aulam Cæsaream sequi tenerentur, aulæque consistorium tanto litium onere levaretur, & litigantibus celerius ac minoribus sumptibus jus redderetur. §. Nach dem dann der gemeine Friede. *R. J. anno 1566.* Maximilianus I. Imp. (suasus Berchtoldi Archi-Episcopi & Electoris Moguntini. *Leipold. de concurr. jurisd. in Imp. Rom. quæst. 4.* ut in medio Imperii, adversus vim & injustitiam præsidium & asylum esset;) inita conventionione cum Statibus Imperii, ac pragmatica sanctione, in conventu Wormatiensi Anno 1495. supremum in Imperio camerale judicium instituit. Contractus verò ab initio voluntatis ex post facto necessitatis. *l. 5. c. de O. & A. Fides* itaque servanda, conditioq; quæ quis applicari se passus est. *l. 2. ff. de jur. immun.* ac Imperator sine consensu Statuum, jurisdictionem Camerae revocare nequit, quorum cum consensu, constituta est. *D. D. Reinking. lib. 2. clas. 2. reg. sec. cap. 14. n. 13. Gail. 1. obs. 41. n. 3.* Transulit enim Imperator jurisdictionem suam, ex parte, quam à Statibus habuit, in Cameram, cum consensu tamen Statuum & approbatione eorundem. *D. Limnaeus lib. 9. jur. public. cap. 2. num. 105.* Das Käyserlich

Cammergericht im H. Reich / ist durch R. M. vnd gemeine Ständ auffgerichtet vnd geordnet. §. Vnd nach dem Wic. R. J. anno 1541. Die Käyserliche Cammergerichts-Ordnung mit gemeinem des H. Reichs-Ständen Rath vnd zuthun/ an vielen Orten vera bessert/ nützliche Erklärung vnd Zusatz darzu gethan. §. Weiters nach dem auch R. J. anno 1570. Inde etiam ordinationes inscribuntur; der Röm. Käis. Majest. Vnd gemeiner Ständ des H. Reichs: angenommene vnd bewilligte Cammergerichts-Ordnungen Camera etiam, nomine Imperatoris ac Statuum mandatur. §. *fin. Reformat. Camer. anno 1531.* Ea enim non modò Imperatorem, sed omnes Imperii Status representat. *D. D. Buxtorf. ad A. B. concl. 61. lit. b.* Uti iudices ac assessores, uniuersum Imperium. *O. C. part. 1. tit. 8.* Quare nec morte Imperatoris, Camerae iurisdictione expirat, cum non ab Imperatore solo, ut capite, sed ab omnibus Imperii Statibus constituta sit. Dissidentium argumenta producit *Paurmeister. 2. de iurisd. cap. 6. num. 19. D. Limnaus lib. 9. jur. publ. cap. 2. n. 61.* Quibus respondet *d. l. D. Limnaus. n. 55. 73.* Ex superiori ratione, Imperator suo unius arbitratu, nihil circa iudicium Camerae immutare potest; Es haben Ihr R. M. vnd Stände / solches alles vnd jedes so beschriben stehet / also zu halten vnd zu vollziehen / vereinigt vnd verglichen. §. Solches alles. *O. C. part. 3. tit. ult. §. Vnd nach dem. §. vnd wiewol. O. C. part. 2. tit. 4.* Quapropter nec causas inde auocare potest, ad aulicum consistorium; jus enim auocandi lites, tunc demum datur supremo Principi, si liberè potest, quacunq; in parte litis, iurisdictionem iudicis tollere, & eam revocare. *l. 58. ff. de iud.* Jam verò haben J. R. M. sampt den Ständen bewilliget vnd zugeben / daß dem Cammergericht / vns verbindert einiger auocation oder suspension / sein freyhet / starcket / vnverhindert lauff gelassen / vnd darwider nichts gegeben werde / hingegen gemeine Ständ deroselben gebürliche Gehorsam leisten. *O. C. part. 2. tit. 35.* Vocatur id ipsum iudicium Das Käyserlich Cammergericht / supremi Principis consistorium, ac Majestatis suæ iudicium. In quo solus Imperator, Iudicem Principem, *O. C. part. 1. tit. 4. princ. tres Præsides, Comites vel Barones, duos Jctos Assessores O. C. part. 1. tit. 1. §. nemtlich wöllen. ac fisci procuratorem presentatac practicit. O. C. part. 1. tit. 13. pr. §. die Röm. Käis.* De reliquis personis ac causis, exemptionibusque huius iudicii vid. *D. Limnaus lib. 9. de iur. publ. cap. 2. per tot. D. D. Reinking. lib. 2. reg. sec. class. 2. cap. 14. Paurmeister. lib. 2. de iurisd. cap. 6. Schonborn. 5. polit. cap. 20. b]* à supremo iudicio camerali, quoniam non datur appellatio. §. dieweil nun Vnser Cammergericht R. J. anno 1530. nec permittitur supplicatio; sed si quis læsum se existimet, revisionis ipsi conceditur beneficium. *O. C. part. 3. tit. 51. quæ etiam species supremæ provocationis est. Arnif. 2. de Rep. cap. 6. sect. 5. num. 98.* De quo iudicio reuisorio, vid. *D. D. Reinking. lib. 2. reg. secul. class. 2. cap. 15.* Ordinatione Camerae, quorannis delegati Cæsaris & Ordinum, iudices constituerunt in causis revisionum petitarum, qui reuifores dicti, & de processu ac sententiis latis cognoverunt; vel visitatores ordinarunt, qui de Camerae vitiis ac defectibus iudicarunt, vel statuum querelas finiverunt. *O. C. part. 1. tit. 50. & part. 3. tit. 53.* Sed quare visitationes Camerae, maxima cum querela afflictorum, postea in defuetudinem abierint, tradit *D. Limnaus lib. 9. jur. publ. cap. 2. num. 198.* c] Notabilis, & à Dd. multum agitata quæstio est; An privativè vel cumulativè iurisdictione à Cæsare tributa sit Camerae? Vel, An iudicium Aulicum (Reichshofrath) cum Camerali consistorio concurrat, & præventioni locus sit? Quam latè evolvunt *Paurmeister. lib. 2. de iurisd. cap. 6. num. 30. Wurmser. exerc. 7. jur. publ. thes. 25.* Præventio verò (quæ per solam in jus vocationem expeditur. *l. 7. ff. de iud.*

perquam consolidatur jurisdictio tam judicis quam partium, ita ut ubi inchoatum, ibi quoque finiendum sit iudicium. l. 30. ff. de iudic. cap. 19. X. de for. comper.) cum hic locum habeat; teste *Gail. 1. observ. 29. num. 4. T. Michael. de jurisdict. thes. 35. lit. a.* concurrentem ibi esse jurisdictionem patet. arg. c. 8. X. de offic. deleg. Qui concursus, Jurisdictionem ad Status in universon non transiisse, indeque Aristocraticum Imperium nostrum immerito dici, documento est. *Arnij. 2. de Rep. cap. 6. sect. 5. n. 110.* Quod probant etiam præjudicia, quando Cæsar Statuū curias eximit ab appellatione; nisi summa (quam vulgò materiam, sive materiale jurisdictionis vocant. *Paurmeister. lib. 2. de jurisdict. cap. 6. num. 271.*) subsistat, intra certam quantitatem ac terminum. *O. C. part. 2. tit. 28. §.* Vnd sonderlich / quarum exemptionum seriem vid. *ap. P. Mindan. de process. lib. 1. in fin. Speidel. notab. jurid. lit. A. tit. 29.* Sic si quis vi, vel vi armata alterum invadit, Cæsar vel Camera ad instantiam partis, sub poena banni, mandata advocatoria decernit. *O. C. part. 2. tit. 9. §.* Vnd ob sich zutrüge. Suspectus de fracta pace, coram suis iudicibus, Cæsare vel Camera convenitur. *O. C. part. 2. tit. 10. princ.* Ob delictum istud, rei, Cæsaris vel Camerae sententia profcribuntur. *Kensert. Landfried. tit. die Pön der Friedbrecher.* Novissima verò capitulatione Ferdinand. III. Imp. cautum art. 30. *Das nicht man ohn vrsach auch vnverhört vnd ohne Vorwissen/Rath vnd Verwilligung des heiligen Reichs Churfürsten/welche sich des Werts nicht theilhaftig gemacht/ in die Acht gethan werde. Were es aber sach das die That an sich selbstn ganz notori vnd offenbar der Friedbrecher auch in seinem Verbrechen beharlich vnd thätlich fortführe/ob wol es also dann nicht eben eines sonderbahren Process von-noten / so wollen jedoch J. R. M. auch in diesem fall mit zuziehung obgedachter / des H. Reichs obgemeldter massen vninteressirter Churfürsten/che vnd zuvor sie zu der würtlichen Achts-erklärung schreiten/comunicieren vnd verfahren. In banni absolute, Cæsar vel Camera, uter profcripsit, de reconciliatione rei dispicit, quibus conditionibus si paruerit, absolvitur. Quamvis in causis majoris momenti, citra consensum Imperatoris, Camera ad absoluteionem à banno, procedere nequeat. *O. C. part. 2. tit. 18. §.* So auch der jentz. Quæ preventio & concursus, non modo in causis fractæ pacis, sed & in reliquis causis obtinet, uti evincit *iii.* Wann jemand einen von Schuld verb. den Brechein so rechtmässiger vnd gebührlicher weis von Uns/ oder vnserm Cammergericht aufgehen. Erklärung des Landfriedens. Norimberg Anno 1522.*

3. Privilegia elargiri.

Privilegium, quod jus singulare dicitur, certæ personæ vel rei, propter aliquam utilitatem indultum, l. 16. ff. de LL. si personale, cum persona expirat, l. 1. §. 2. ff. de consui. princ. si reale, ad successores transmittitur. l. 3. §. 1. ff. de censib. l. 196. ff. de R. J. Privilegiorum verò collatione, quoniam jus eminens demonstratur, cap. 9. vers. ex præmissis. X. de probat. Ac arguit superioritatem dantis, & inducit subjectionis speciem, in persona impetrantis. *D. D. Reinking. de reg. sec. lib. 2. class. 2. cap. 8. num. 19.* Consequens privilegia ac immunitates, à summo Principe dari ac confirmari. §. 6. *Inff. de J. N. G. C. l. 1. ff. de censib. LL. duodecim tab. privilegia nisi comitis centuriatis irrogari non poterant. Besold. 1. polit. 4. §. 4.* Sed quemadmodum concessio, ita & interpretatio privilegiorum, ad summum Principem pertinet, l. 43. ff. de vulg. pupill. substit. cujus aëlimationem esse, quem modum beneficii sui velit, rescribit Neratius Jctus. l. 191. ff. de R. J. Cum verò subditi pari jure retineri debeant, *Cicer. 3. de LL. & jura æquitatis friendæ causa, non singulariter, sed*

generaliter constituta sint, l. 8. ff. de LL. restringenda nimia in concedendis privilegiis facilitas, ne dicam profusio. Unica enim hæc arx est, ex qua factiosi pugnant in Reges; hinc immunitates, prærogativas ac privilegia, fontem rebellionum, semen zizaniorum, lapidem scandali appellat *Barclajus in præfat. Argenid.* Jus tertii etiam, privilegii collatione summus Princeps imminuere vel planè auferre nequit; ne inde injuriarum nascatur occasio, unde jura nascuntur. l. 6. C. unde vi. ea enim valida solùm, quæ non lædunt alium, & profunt petenti. l. 7. C. de prec. Imper. offer. nec in cujusquam injuriam beneficia tribuere moris est Imperatori. l. 4. C. de emanc. lib. Inde absq; gravi causa Principi haud licitum, in perniciem subditorum quempiam oneribus eximere, ut alii onus ejus subeant. *T. Michael. de jurisdict. thes. 27. lit. c.* Majori itaque ratione, si quæ elargiatur de rebus Imperii privilegia, scientiã ac confirmatione Statuum opus habent; uti exemplis probat *D. Limnaeus lib. 1. de jur. publ. cap. 10. num. 35.* Imperator enim qui administrator Imperii est, *R. F. anno 1559. princ.* si proprio motu jus ejus deterius faciat, actus per se invalidus est; quoniam ejusmodi alienationibus, fides professionis Imperatoris frangitur. cap. 13. X. de jurejur. quod secus est si consensus Ordinum interveniat; sicque privilegia Seren. Familix Austriacæ concessa dicuntur, *Mit wolbedachtem Rath / gutem zettlichen Rath des H. Reichs Fürsten vnd Ständen / so dazumaten bey einander gewesen.* Vid. privileg. Carol. V. Imperat. ap. *D. Limnaeus lib. 5. cap. 2. num. 35.* Camera Imperialis privilegiorum insinuationem non admittit, quàm salvo jure Imperii, actertii. *D. D. Reinking. de reg. secul. lib. 2. class. 2. cap. 8. num. 19.* juxta vulgarem clausulam; *Vorbehalten des H. Reichs Ober- und Gerechtigkeits / auch männiglich interesse und eyntredt / dages gen ederezeit vorzubringen.* *T. Michael. de jurisdict. thes. 31. lit. c.* In aliis etiam Imperiis, privilegia Principum, summæ curiæ assensu demum approbari, docet *D. D. Wachman. de privil. concl. 4. lit. c.*

4. Pacem publicam constituere ac conservare.

Superiori seculo, quum ex continuis motibus anarchia quædam invaderat; moribus assiduis Teutonicæ militiæ, in depulsionem aut vindicationem alienæ violentiæ, aut personalis realisque injuriæ; lites armis decidi; ac judiciorum processus, velut sumtuosos ac molestos nimium tolli, plerique voluerunt; introducto *Das Fauff vnd Kotbenrecht.* *Speidel. in notabil. jurid. lit. F. lit. 6.* Quum verò jure prohibitum sit, ne quis privatâ autoritate jus sibi dicat, l. 10. ff. de jurisdict. rem suam vi rapiat, §. 1. *Instit. vi bon. rapt. l. 7. C. unde vi.* quam per judicem reposcere æquum; l. 13. ff. quod met. caus. ex privatâ verò hujus vindictæ licentia, omnia expilationibus, rapinis atque injuriis plena essent; ac à bellica confusione pax tranquilla nil distare possit, si per vim litigia terminentur: *Parthen. lviij. lib. 2. cap. 2. num. 8.* Cæsar proinde, cui præ cæteris salutem Reipubl. tueri convenit, l. 3. ff. de off. præfect. vig. & congruit curare, ut pacata atque quieta provincia sit; l. 13. ff. de off. præf. cum Statibus Pacem publicam constituit, *Haben sich etnes gemeinen Landfriedens verpflichtet / vereintaget vnd verbunden.* §. *Als Wettland Kaiserl. Landfried.* anno 1548. Quâ constitutione, gravi pœna Imperialis banni proposita, factiosi isti ac turbatores publicæ quietis, in ordinem rediguntur, ac jus illud injurium, à foro recedere justum, ac exterminatum fuit. De pace publicate agunt *Gail. de P. P. per tot. Schonborn. 4. polit. 8. Speidel. in notab. jurid. lit. B. tit. 10.* Libertas Religionis etiam quum vinculum Regionis sit: quoniam
nihil

nihil magis voluntarium quam Religio, nullique imponi possit necessitas credendi quod nolit, vel quod velit non credendi; corpora obnoxia sint suis dominis, mens sui-juris planè liberta sit. *Lips. in libr. advers. dialog.* Postquam absoluta ista beatitudo Reipubl. in qua uniformis religio, in Imperio amplius obtineri non potuit; ne mutuis dissidiis, Imperii corpus divelleretur, & ut graviter inquit: Die nachdenckliche Unsicherheit aufzuheben / der Ständen vnd Underthanen Gemüthe / widerumb in Ruhe vnd Vertrauen gegen einander zu stellen / die Teutsche Nation vnser getreue Vaterland vor endtlicher zertrennung vnd vndergang zu verhüten. §. In solcher. R. J. an. 1555. saluberrimo consilio, Reg. Rom. Ferdinandi I. ac communi Procerum consensu, Anno 1555. Augustæ in comitiis, Pax Religiosa constituta fuit. In cujus præjudicium, nihil innovare, confirmare, sed omnia Ordinum consilio, pro utilitate Imperii emendare se velle, jurato profinitur, *Capit. Ferd. II. Imper. art. 2. & 38. ut & §.* Vnd soll alles. *dict. R. J. anno 1555. provisum;* Dafi gegen diesem Friedstand kein declaration oder etwas anders / so denselbigen verhindern oder verändern möcht / nicht gegeben / oder ob es schon gegeben / dannoch von Anwürden vnd Inträfften seyn / vnd drauff weder; in noch außser Reichens nicht gehandelt oder gesprochen werden.

§. Bellum decernere.

Bellum est publicorum armorum iusta contentio. *cap. 3. C. 23. quæst. 1.* Hostes proinde dicebantur, quibus autoritate populi Romani bellum publicè indictum. *l. 118. ff. de V. S.* Bella verò non nisi comitiis centuriatis indiciebantur, unde *Cicer. 2. Philip.* Consuli si legem centuriatam non habeat, attingere rem militare non licet. Cn. Manlium accusatum fuisse refert *Liv. lib. 48.* quod infcio populo ac Senatu, bellum Gallis intulerat. Quod jus populæ L. Regia in principem translaturum. §. 6. *Instit. de J. N. G. C.* Quare Imperatores bellandi ac pacificandi potestatem habere dicuntur, *Novell. 105. princ.* Nec omnibus bellare fas est. *cap. 2. C. 23. quæst. 2.* Sed ordo naturalis mortaliū paci accommodatus hoc poscit, ut suscipiendi belli autoritas atque consilium apud Principes sit. *cap. 4. C. 23. quæst. 1.* Qui divinitus jus gladii sibi vendicant, *Rom. 13. vers. 1.* ut Rempubl. ab omni bellorum necessitate defendant. *l. 31. C. locat.* Privati verò gladio, quem sumunt, peribunt, *Manth. 26. vers. 23.* iis enim omnis vis prohibetur. *l. 1. ff. C. de vi & vi arm.* vim verò faciunt qui id quod deberi sibi putant, non per judicem reposcunt. *l. 13. ff. quod met. caus. l. 176. ff. de R. J.* ea propter enim iudiciorum vigor, jurisque publici tutela in medio constituta, ne quisquam sibi ipsi permittere valeat ultionem. *l. 14. C. de Judæis.* Indeque læsæ Majestatis damnantur, qui in iussu Principis bellum gerunt, *l. 3. ff. ad L. Jul. Maj. armis* enim suis Rempubl. oppugnare videntur, *l. 1. ff. ad L. Jul. de vi publ.* ipsorum expeditiones latrocinia, *l. 119. ff. de V. S.* ac deprædationes dicuntur. *l. 24. ff. de capt.* Sed quod omnes tangit, quum ab omnibus probari æquum sit. *l. fin. C. de anih. præst.* tum maxime in bellicis expeditionibus requiritur; eum belli initium & finis in ejusdem potestate non sint, facillimè inchoatur, ægerimè desinit, inque ipsis semel tantum peccare, at aternum pœnitere licet. Ne itaque reluctantibus ac invitis proceribus, accensâ belli face, non secus ut invitis canibus (juxta Comicum) venatum ire, sit difficile nimis; sed eorumdem approbatione, ad repellendum hostem, tanquam ad commune incendium, omnes concurrant; saluberrimâ ratione, capitulatione suâ astringuntur Imperatores; Dafi sie kein gegând / sehde noch krieg / Inn oder außserhalb des Reichs von desselben wegen.

wegen ansehen oder vndernehmen wollen / ohne vorwissen / rath und bewilligung der Reichsständ. artic. 9. Capitul. Ferdinand. II. Imperat. Sic Magdeburgensibus bellum decernitur, approbatione Statuum. §. derhaben wollen. §. wiewol Wirtun R. J. anno 1551. Nec subsidia militaria contra Turcas, exteris Principibus promittere haud potuit Imperator irrequisitis Ordinibus. Arnis. 2. de Republ. cap. 6. sect. 5. num. 129. Ferdinandus III. Imperat. novissima capitulatione sua artic. 12. promisit; Das jenig Kriegsvolk so zu des Reichs defension jeto auff die bein gebracht oder ins künfftig geworben werden möchte/ ohne der Reichsstände / oder auff wenigst der sechs Churfürsten vorwissen und bewilligung aussershalb des Reichs nicht führen / sondern zu desselben defension und rettung der betragten Stände/ gebrauchen und anwenden zu lassen / da auch von J. K. M. oder andern einig Volk im Reich zu ausländischer Potentaten Dienst geworben / wollen J. K. M. die verfügung thun/ daß die Churfürsten/ Fürsten und Ständ des Reichs. bey dessen versambt; und durchführung / mit keiner cynquartierung / Must/ rplatz / Durchzügen oder sonst in andere weg/ den Reichs Constitutionen zu wider nicht beschwert / wie nicht weniger da der Allmächtige Gott den so lang desiderierten lieben Frieden bescheyren wurde / das Volk alsdann ohn männiglichs vnzünftliche belästigung abgedanckt werden solle. Ad irruptiones verò peregrinorum impediendas, cura specialis circularum præfectis ac Ducibus incumbit. §. So ferri aber. R. J. anno 1555. O. C. part. 2. iii. 15. Ordines etiam Imperii in propriam & aliorum salutem, militem cogere possunt, uti ad comprimendos motus seditiosorum. §. Dar auff so haben wir Uns. R. J. an. 1526. Ad quod ipsis competit jus sequelæ Die Folg und Reich; cujus vigore, subditi Principem ad bellum sequi tenentur, aut solvere hostenditias; Heußeur/ Reich segeld / Königsteur. jur Saxon. dicitur die Fahrt lösen. Speidel. notab. jurid. lib. F. iii. 20. Si tamen Princeps ex affectu nulla probabili ratione ad arma convocet, eum sequi cum corporis ac animæ dispendio haud tenentur, cum obligati non sint, nisi ad defensionem patriæ, zu einer Landtrettung. Beföld. de jur. Majest. cap. 6. num. 2. maximè si irrationabiliter bellum moveat. argum. 2. Feud. 28. princ. Fides enim ad facinora non extenditur. l. 7. §. 3. ff. de pact. nec auxilium scelerosis impartiendo, maturari scelera permittendum. l. 6. C. de defens. civit. Quare & approbatione summi Principis hic opus est, O. C. part. 2. iii. 15. ac consensu & scientia Ducum circularium. §. Demnach declarieren R. J. anno 1564. alias sub comminatione banni Imperialis avocantur. O. C. part. 2. iii. 9. §. Und ob sichs zutrüge Gail. 1. de P. P. cap. 4. per tot. D. Limnaeus lib. 4. jur. publ. cap. 8. num. 246. Excipiuntur 1. Principes Italiae, qui ex consuetudine vel longâ observantia præteritorum temporum, consuevère Cæsare inconsulto, bellum inter se indicere & gerere. Rydolfin. de Ducib. Ital. num. 167. Multa enim singularia jura obtinent, ob diuturnam Imperatorum absentiam, & omiffas subditorum querelas. Cluven. in syllog. rer. quotid. thes. 26. lit. a. 2. Ob subitaneam invasionem, quin injussu summi Principis, Status Imperii nostri bellum suscipere possint, minimè dubitandum: per l. 7. §. 3. ff. quod vi aut clam. arg. l. 10. §. 16. ff. quæ in fraud. credit. Necessitas enim facit licitum, quod de jure licitum non est. l. 5. §. 12. ff. de op. nov. nunc. maximè si injustè quis spoliatus & res moram non patiat. Dd. ap. Wurmsfer. exerc. 8. jur. publ. thes. 21. Nec enim ea requiritur autoritas in defensivis, quæ in offensivo bello; defensio enim juris naturalis est, §. 3. ff. de J. & J. cujus rationem civilia jura non corrumpunt, §. fin. Instit. de leg. agnat. tut. & melius occurrere in tempore, quàm post exitum vindicare. l. 1. c. quand. lic. unic. fin. judic. l. 2. l. fin. C. in quib. in integr. restitui. nec. non est. Inde etiam licet Impe-

Imperator inconsultis proceribus bellum movere non possit; Jedoch da er von des Reichs wegen oder das H. Römische Reich angegriffen vnd betriegt würde/ atsdann mögen J. R. W. dagegen aller hüß gebrauchen. Capitul. Ferdinand. III. Imperat. artic. 11. Sic etiam Ordinibus, irrequisito Imperatore, defensionis gratia mutationes in ditione sua exstruere, licitum, D. Limnaus lib. 4. jur. publ. cap. 8. num. 235. dummodo non spectent ad Imperii & vicinæ provincix amulationem. Gail. 2. observ. 69. num. 18.

6. Fœdus cum exteris pacisci.

Jus militare definitur belli inferendi solemnitas ac fœderis faciendi nexus cap. 10. Diss. 1. Summi proinde Principis est bellum finire, & cum hoste de pace pacisci, vel fœdera inire. Novel. 105. princ. Quæ publica conventio dicitur. l. 5. ff. de pact. ubi per Duces belli, ipsi Principes Domini, pro more seculi istius, ductores exercitus intelliguntur, arg. §. 3. Instit. de jur. person. non verò horum vicarii, qui liberam licet belli administrationem, non tamen paciscendi auctoritatem habuere, nisi Princeps aut populus expressè vel tacitè consensisset. argum. l. 60. ff. de procur. l. 5. ff. mandat. junct. l. 3. §. 15. ff. de re milit. Unde Posthumius apud Livium asserit: sponcione quæ injussu populi Romani facta est, non teneri populum Romanum. Hi itaq; Duces vicarii, eâ conditione fœdera inibant, rata fore, si populus consensisset; ne extrema necessitate coacti, Duces rei militaris, indigna vel noxia Reip. paciscerentur, Le Bret. de la souveraineté du Roy. lib. 2. cap. 3. in fin. Exemplum superiori seculo, in Duce de la Trimouille Divioni ab Helvetiis obsidione presso, ap. Serrem. 1. hist. p. m. 1176. Hoc jus fœderis, à populo L. Regia in Principem translatum, uti constat ex monumento, repetitæ L. Regiæ sub Vespasiano, quod adhuc Romæ exstat, hæc initialibus verbis; Fœdus cum quibus volet facere liceat, refert Magnific. D. D. Remigius Fesch. Præceptor ac fautor devenerandus, de fœder. concl. 5. lit. c. D. Limnaus lib. 1. cap. 12. jur. publ. num. 55. Sed quoniam Imperii multum interest; cum quibus & quomodo fœdera contrahat Imperator; Wurmsfer. exerc. 8. jur. public. thes. 1. idèd capitulatione astringuntur Cæsares; Daß sie in des Reichs Händeln / kein Bündnuß oder Einigung mit frembden Nationen / noch sonst im Reich machen / sie haben dann der sechs Churfürsten willen sämptlich / oder des mehrertheils auß ihnen / in solchen erlangt. Capit. Ferd. II. artic. 6. Quod jam ante statibus cavet Maximilianus I. Imperat. §. Auch sollen Wir. In handlung des Landt iedens Anno 1495. vnd zwarn (uti Capitulat. Ferdinand. III. Imperat. novissimè artic. 7. insertum fuit) auff etner collegial Zusammenkunft vnd nicht durch absonderliche ertiarungen (es were dann daß publica salus vnd utilitas, eine mehrere scheinung erfordert) in solchem erlangt; wie dann der jenige modus, so auff gewissen erbedtlichen vrsachen / bey tractaten des Pragerischen Friedens ist gehalten worden / ins künfftig zu keinem præjuditz oder consequentz angesogen / noch aufzueben set werden solle / inmassen solches ohne das, in gemeldtem Friedens-schluss genugsam versehen ist.

7. Comitia Imperii universalia designare.

Salus populorum quoniam in amplitudine consilii consistit Proverb. 11. vers. 14. plerunque gentes, cum oculos plus videre, quam oculum, sibi persuaderent; conventus inire, ac salutis publicæ curam communi firmare suffragio voluere. l. fin. C. de auct. præst. Romani in curias divisi, Reipubl. curam per sententias partium earum expedivere, l. 2. §. 2. ff. de O. J. de quæ ma-

ximis negotiis decrevit populus in comitiis; apud quem de tribus summè necessariis ex prisco instituto arbitrium fuit. 1. creandi magistratus, tam domi quàm militiae: 2. leges confirmandi vel abrogandi. 3. bellum pacemve decernendi. *Arniseus* 2. de *Rep. cap. 5. sect. 2. num. 6.* Jul. Cæsar comitia, sub specie vanæ libertatis, cum populo partitus est, quamvis revera in arbitrio Imperatoris fuerint. (Adeoquæ de illis dici possit quod *T. Smith. de Rep. Anglor. pag. 399.* de Parliamentis Angliæ ait; esse ea potius Regiarum cupiditatum vela, quibus in rebus dubiis incommoda, in periculosis damna subterfugiant, quàm ut potestas Principis astringatur.) Quam speciem popularitatis, Tiberius ne quidem servavit, revocatis comitiis è campo in curiam. *Arnif. 2. de Rep. cap. 6. sect. 4. num. 54.* Ex quo magistratuum creatio ad curam Principis, non ad populi favorem pertinere dicitur. *l. un. princ. C. ad L. Jul. amb.* Hæc verò comitiorum indictio, supremum jus Principis arguit: Quid enim majus est, si de jure querimus, quàm posse à summis Imperiis & a summis potestatibus comitia & concilia vel instituta dimittere, vel habita rescindere? *Cicer. 2. de LL.* In Imperio nostro, comitia Imperialia, soli Imperatores quondam cogebant; uti patet ex *Reform. Frideric. III. Imperat. Anno 1442. princ. R. F. Anno 1512. princ. R. F. Anno 1518. princ. S.* Haben wir die Bottschaften *R. F. Anno 1527.* postmodum Imperatores capitulatione obstricti fuere, Daß sie ohne wissen vnd willen der Churfürsten keinen Reichstag ansetzen/ noch aufschreiben wöllen. *Capitul. Carol. V. Imperat. artic. 12.* Deren Consens und Verwilligung durch sonderbare schickung darzu eyngehote. *Capitul. Ferd. II. Imperat. artic. 13.* Quare & in Epistolis Cæsareis dem aufschreiben zum Reichstag hæc clausula inferi solet: daß vnmöglichlich zu seyn befunden / etnen allgemeinen Reichstag anzustellen/ darzu des H. Reichs Churfürsten einhellig ihren Consens dem Hartkommen gemeß/ Vnder Ihre Handschriften vnd Etgel gegeben / die bestimmung des Tages heymt geschehet / vnd die Mallstatt Ihnen gefallen lassen. *Paurmeister. 2. de jurisdict. cap. 2. num. 19.* Ubi Mallstatt curiam indictam significat. *Speidel. notab. jurid. li. M. iii. 9.* In comitiis itaque hisce, ubi de gravissimis Imperii negotiis convenitur, ac patriæ Reipubl. salutifera consilia proponuntur; merito Electorum providentia requiritur, 1. ne ex levi causa inanibus sumtibus conficiantur ac graventur Status Imperii. *R. F. anno 1529. princ. R. F. anno 1570. Capitulat. Ferdinand. II. Imper. artic. 10.* 2. Ut puncta deliberationum examinentur, quoniam Receptus comitiorum Legis vigorem obtinent; unde & Senatus consulta potius quàm Edicta dici debere, monet *D. Limneus lib. 1. jur. publ. cap. 10. num. 32.* Electores verò necessitatibus urgentibus, quandoque ut comitia cogantur, Cæsari persuadent. §. Vnd so aber ats die versämlete Churfürsten. *R. J. anno 1555.* Quamvis verò absque actus nullitate, (uti post *Berram. de comit. membr. 1. concl. 18.* tradit *Wurmser. exerc. 7. jur. publ. thes. 1.*) nisi prævio Electorum consensu, comitia indicere possit; locum tamen comitiorum Imperator designare, mutare & comitia indicta pro arbitrio, Electoribus irrequisitis prorogare & aliò transferre potest, uti arguit. §. Dem allem nach. *R. J. anno 1545.* dummodò non sit extra Germaniam. *Capit. Ferd. II. Imperat. art. 10.*

8. Vestigalia erigere & augere.

Vestigal genericè dicitur, pro quovis emolumento quod expedit ærario. *Gæddens ad l. 49. n. 7. 13. ff. de V. S.* Propriè dicebantur vestigalia quæ à publicanis pendebantur. 1. ex cultu agrorum qui publici erant. *l. 1. §. 1. ff. de lac.*

lac. publ. frued. 2. ex pascuis & pecoribus, quod genus scriptura dicitur: *Calvin. in Lexic.* 3. ex mercium trajectu, quod dicitur portorium. *l. 60. §. 8. ff. locat. ripaticum. c. un. quæ sint regal. 2. Feud. 56.* In specie vectigal à vectura dicitur, quod præstatur ex rebus quæ invchuntur, vel evchuntur. *l. 21. ff. de donat. int. vir. & uxor.* Quæ species ad vectigal pertineant, tradit *l. 16. §. 7. ff. de publican.* Olim multa nugatoria fuere, quale id quod pro fumo, umbra vel aere exactum refert *Cujac. 10. observ. 7. Jul. Cesar. Bulenger. de vectig. pop. Rom. cap. 17.* uti & alia illicita ac inhonesta vectigalium genera, de quibus *Besold. de erar. publ. cap. 4. num. 17.* Maxima verò horum proventuum utilitas; utpote quibus Respubl. conservatur. *Novel. 149. cap. 2.* Sunt enim ornamenta pacis, subsidia belli, nervi Reipublicæ. *Cicer. pro L. Manil.* Unde & Imperii matrimonium dicuntur vectigalia *ap. Flor. lib. 3. cap. 13.* Et Neronem, a cuncta vectigalia omitti juberet dubitantem, docuere Senatores; dissolutionem Imperii consecuturam, si fructus, quibus Respubl. sustinetur, diminuantur. *Tacit. 14. annal.* Immodicæ verò exactiones, quoniam annonæ caritatem, indeque seditionem ac motuum fomitem præstant. §. *Dadurch dann nicht allein. R. J. anno 1576. Schonborn. 4. polit. 23.* & iniquum quenquam cum incommodo Reip. & damno privatorum locupletari. *l. 14. ff. de cond. indeb. l. 38. ff. de pet. her. cap. 48. de R. J. in 6. summâ proinde ratione in veteri Republ. Imperatores sibi solis, instituendi vectigalia & præcedentia reformandi potestatem vendicantur, l. 10. ff. de public.* Constitutione verò Imperii Rom. Germ. insolitum erigere vectigal, vel augere vetus, neq; Imperatorum liberum est; nisi sex Principum, Electorum accedat consensus. *Capitul. Ferdinand. II. Imper. artic. 7.* Ac denuò *Capitul. Ferd. III. Imp. artic. 20.* cautum; *Das hinfüro teinen Zoll von neuem geben/noch einige alte erhöhe oder prorogiren lassen/ auch J. R. M. selbstnen teinen aufsetzen/ erhöhen oder prorogiren, ohne besondern vnd zwarn collegial Rath/wissen vñ zustassen/der sechs Churfürsten/wie vor vñ oft gemeidet; gestallt daß all diejenige so vmb newe Zoll/oder der alten erhöhung/ oder auch solcher erhöhung prorogation anhalten werden/etner collegial Versamlung zu gewarten erinnert / vñ vnder dessen zur ruhe gewiesen.* Cum Imperatore itaq; Electores, in arduo hoc regali, quodq; universum Reip. statum concernit, ne fiat præcipitatio, matura deliberatione, merita causæ, & necessitatis rationes ritè examinant. *Werdenhagen de Rebusp. Hanseat. part. 3. c. 20. pag. 570.* Si res exigit commissarios deputant, qui loca omnia oculis subjiciunt, & ne oboriatur nullitas, eos quorum interest, citari curant. *Klock. de vectigal. concl. 16.* Ac probatâ ratione, ut succurratur securitati viatorum. *Wesemb. paratit. ff. de publ. num. 4. Gail. 2. observ. 64. n. 5.* & sublevetur tenuitas patriæ, *l. 1. C. vectig. nov.* dummodo nimia non sint, *l. 4. §. ult. l. 9. §. 6. ff. de publican.* territorii Dominis vectigalia permittunt. *Klock. de vectigal. conclus. 19.* iis verò inuitis, extraneis neutiquam concedunt, per solidas rationes *D. D. Gerhard. Coch. disputat. inaug. de variis jur. capit. ihes. 28.* Præscriptione attamen adquiri, jus exercendi vectigalis tradit. *P. Frederic. lib. 2. de mand. jud. cap. 43. num. 2.* Quia verò nova vectigalia instituere, vel vetera augere, excellentius quid est, quàm jam instituta habere. *Sixin. 2. de regal. cap. 2. num. 42.* & *Newe Zoll anstellen/ alte Zoll erschweigern/ pari jure censentur. §. Witters sind Wtr. R. J. anno 1576.* cum mutatione vel accessione nova vectigalia fieri dicantur. *arg. l. 72. ff. de contrab. emt.* ea propter qui nova instituunt vel augent vectigalia, olim pœnâ *L. Jul. ambitus tenebantur. l. un. §. 3. ff. ad L. Ful. ambit.* de vi publica. *l. ultim. ff. de vi public.* & constitutionibus. *l. 3. C. vectig. nov. insit.* Hodie mandatis sine clausula coercerentur. *Capitulat.*

Ferdinand. II. Imperat. ariic. 21. Et pro auctis vel novis impositis mandata inhibitoria, pro exactis verò restitutoria decerni solent. *D. D. Buxtorff. ad A.B. conclus. 91. lit. d.* Qualia mandata etiam à Camera Imperiali impetrantur, uti factum contra Archi-Episcopum Colonensem, & Ducem Juliacensem, 7. *Novembr. anno 1588.* contra Episcopum Leodiensem. 13. *Octobr. anno. 1592.* teste *Rosenhal. de feud. cap. 5. conclus. 13. in fin.* Singulari privilegio, Archiduces Austriae, in provinciis suis nova possunt erigere vectigalia atque telonia. *D. Limnaeus lib. 5. jur. publ. cap. 2. num. 32.* Magistratus etiam liberarum civitatum Imperii, privata auctoritate, vi jurisdictionis suae, pro necessitate ac usu Reipubl. pro frumento, cerevisia, aliisque mercibus tributa imponere possunt, quae vernaculè *Bisse* & *Acetse* vocant. *P. F. Mindan. 2. de mand. jud. cap. 42. num. 3.* quum etiam alias liberè subditis suis collectam imponant, vectigalia verò quoniam non subditos modò, sed & transeuntes exteros concernant, mirum non est Imperatoriam auctoritatem hic requiri, *Besold. de arar. publ. cap. 4. num. 16.* Nec ex superioribus indictionibus, praedictum fit universo Imperio, uti fit novorum vectigalium institutione, unde merces cariores fiunt, & annona flagellatur. *Wurmser. exerc. 6. jur. publ. thes. 13.*

9. Collectas generales & extraordinarias imponere.

Collectae à tributis differunt, quod non certa in iis praestatio, sed earum impositio ob causam extraordinariam, quae reiterationem non admittit. *Schonborn. 4. polit. 24.* Extraordinariae verò collectae, in locum antiquarum indictionum *lib. 10. C. iii. 17.* successisse videntur, quamvis indictio ordinarii muneris fuerit. *l. 1. C. de indict.* Superindictum verò vel extraordinaria collatio, olim non nisi ex iudicio & praescripto Imperatoris exigi potuit. *l. un. C. de superindict. lib. 10.* Hodie in Imperio collectae generales, vel ordinariae sunt; quae à Lege certam, sive quotannis, sive casu determinato emergente, statutam ac regularem habent praestationem. Quales *Antag zum Römernzug* und *verhaltung des Cammergerichts.* Aliae extraordinariae sunt, quae extra ordinem, imminente periculo indicuntur, adeoque perpetuae non sunt, sed ad tempus, quamdiu existit necessitas, ut sunt *Türkensteuer.* *D. Limnaeus lib. 4. jur. publ. cap. 7. num. 60.* Collectae verò generales (speciales *Landsteuer* in provinciis suis exigunt status Imperii) *Reichshülff* / *Reichsantag* / *Reichsteuer* / ob publicam utilitatem, necessitate exigente, ex Imperatorum placitis atque consensu statuum, universis ubique imponuntur. Imperator verò *Kan ohn wissen und willen der sechs Churfürsten / die Steuer und Auflagen nicht aufschreiben / auch die von dem Reich und Ständen eyngewilligte Steuer und Hülffen / zu keinem andern end / als darzu sie gewilligt worden / anwenden.* *Capit. Ferdinand. II. Imperat. ariic. 10.* Quae subsidia, licet subditos olim non gravarent, sed ex publicis proventibus *Auf den Cammergütern* exolverint status, §. *Nach dem Churfürsten. R. J. Trevir. ac Colon. anno 1512.* §. *Und nach dem der Churfürsten. §. Es sollen auch alle Churfürsten. R. J. anno 1542.* hodie tamen, ob maxima onera quibus praegravantur, id ipsum Ordinibus remissum, & ut pro horum exactione, subditorum facultates excutiant, permissum. §. *Diweit nun diese. R. J. anno 1566.* Ne soli exsolvendo, imminuant redditus, & contra splendorem dignitatis egeant. §. *Das mit aber gemeine Ständt. R. J. anno 1548.* Et quidem in solidum haec collectas praestant subditi, nec pro rata tenentur status Imperii, Domini provinciales; *Besold. de arario. cap. 5. in consil. num. 98.* non obstante vocola *atein in §. Und nach dem diese, R. J. anno 1582.* quoniam Statibus modus census praescribitur:

scribitur: Die Underthanen nicht höher mit Steuer zu belegen/ dann so fern sich etner se-
 den Obrigkeit gebührende Untage erstreckt. d. §. Und nach dem. Quia verò neque
 quies gentium sine armis; neque arma sine stipendiis, neque stipendia sine
 tributis haberi queunt, Tacit. indeque collectis hisce omnium quæritur se-
 curitas & defensio; §. Und die weil die ünde. R. J. anno 1530. secundum natu-
 ram est, ut omnes incommoda hæc ferant, l. 10. ff. de R. J. & nemo à colle-
 ctis hisce generalibus extraordinariis immunis sit. §. Die weil nun diese. R. J.
 anno 1566. Er seve exempt oder nicht exempt, gefretet oder nicht gefretet. §. Damit aber
 gemeine Stände. R. J. anno 1548. Unde qui de comitatu quodam frey/gerühlich
 ohne Steuer investitus; licet à Landfeyr immunitatem rectè alleget, illa tamen
 ipsum ab onere der Reichssteuer / haudquaquam eximet. T. Michael de jurisdic-
 t. thes. 11. lit. b. Uti qui ex pacto in se recipit casum fortuitum, non intelligitur
 de casu insolito (qui quasi miraculosè evenit) cogitasse: argum. l. 78. §. fin.
 ff. de contrah. emt. Gail. 2. observ. 23. num. 18. Ita hæc immunitas ad onera solita
 restringitur argum. l. 10. C. de SS. Eccles. l. 1. C. ut nem. lic. in emt. spec. lib. 10. l. 2.
 C. de quib. mun. vel præst. lib. 10. nisi ex contractu oneroso, immunitas cui con-
 cessã fuit, quo casu ad collectas solitas & insolitas extenditur, Sixim. de regal.
 libr. 2. cap. 14. n. 136. ubi plures vide limitationes. Ecclesiastici licet foro se-
 culari non subjiciantur, l. 25. C. de episc. cleric. ut ne interveniente quidem
 juramento eò se obligare possint; cap. 12. X. de for. compet. ab hisce tamen
 oneribus immunes non sunt, Stehet den Ständen frey/ihre Underthanen/Geistlich
 vnd Weltlich mit Steuern zu belegen. R. J. an. 1548. §. Damit aber gemeine Stände.
 §. Und nach dem diese. R. J. anno 1582. Clericos enim, qui prædia possident,
 non excusari, sed pro hisce ad fiscalia pensitanda urgeri, jubet l. 3. C. de episc.
 cleric. cum emolumento inde consequantur, obistere commodis publicis,
 & statutis necessitatibus, non possunt privilegio dignitatum. l. 10. C. de annon.
 Agri tributum solvitur civitati, in cujus territorio possidetur; l. 4. §. 2. ff. de
 cens. vincuntur itaque avaritiã & rapacitate; adeoque frustra faciunt, quum
 onera quæ patrimonio injunguntur, soli recusare conantur, quod non rectè
 fieri, cæterorum exemplo poterunt edoceri. l. 6. C. de muner. patrim. Neque
 excusantur ab illatione, quam adventitiæ necessitatis sarcina repentina po-
 poscit. l. 5. C. de SS. Eccles. Novell. 37. Si census Dei filius, tributi exactoribus,
 pro se & Petro non denegavit, Marc. 12. v. 17. quis tu tantus es qui non putes
 esse solvendum? Div. Ambrosius. cap. 28. C. 1. quæst. 1. Si tributum petit Im-
 perator non negamus, agri Ecclesiæ solvunt tributum. cap. 27. d. C. 1. quæst. 1.
 nec Ecclesiasticæ dignitati quicquam decedit, cum de exterioribus Ecclesiæ
 pensitationem seculari potestati exsolvunt Clerici, ut in pace & quiete con-
 sistant. Extremã necessitate, argento in templo reperto, ab Hazael Rege
 Syriæ, pacem redimere non dubitavit Joas Rex; 2. Reg. 12. vers. 18. imò ut
 pacem obtineat ab Assyriorum Rege, ne quidem suppellectili sacrata absti-
 nuit Ezechias Rex. 2. Reg. 18. v. 15. Quã ratione Philippus Augustus Galliæ
 Rex, Pontifici irato, quod tributis bona Cleri gravâret, respondit: Summæ
 æquitatis esse, ut Clerus ex abundantia sua, necessitates Regni sublevaret,
 quibus ferendis reliqui subditi non sufficerent. Serres. 1. histor. pag. 277. Et
 Franciscus I. Rex, propriã auctoritate, sacerdotibus per universum Galliæ
 Regnum, decimas imposuit. Clusen. in syllog. rer. quotid. thes. 6. lit. d. Leo ru-
 giens, & lupus esuriens, Princeps impius super populum pauperem dicitur
 Sophon. 3. vers. 3. Principes proinde pecuniis acerbè conquirendis plus invidi-
 diæ, quàm virium sibi addunt. Tacit. 3. histor. & non raro Astæonis fatum

luunt, ut à proprijs canibus dilacerentur. Vitam enim parvi faciunt vulgares animi, re amissâ. Quare ne impositiones nimium auctæ, causam motuuma præbeant; Ordinibus minimè licitum, in hisce oneribus ultra censum præstitutum subditos gravare; So ferz sich einer jeden Obrigkeit gebührende Anlagere freuet. §. Und nach dem diese. R. J. anno 1582. Paupercoli etiam, ne cùm rem amiserint, amissarum tamen rerum tributa patiantur, cùm possessio ab his recesserit, capitatio non recedat; *Salvianus lib. 5. referente P. Mathieu lib. 1. histor. narr. 5.* Ideò ob notoriam impossibilitatem, contributionum ad tempus remissio fit, cujus exemplum extat §. Und wievot die Stätte. R. J. anno 1542. Quemadmodum & ex alia justa causa, tribuitur immunitas à collectis Turcicis, teste *T. Michael. de jurisdict. thes. 27. lit. c.* In publicis verò hisce motibus, licet contributionum & collectarum exactiones, modum nimium excesserint; huic tamen malo mederi se velle constituit Imperat. Ferdinand. III. Capitul. art. 14. Das so offte die nothdurfft erfordert einiger Steuer haben / etwan an die Stände des Reichs gelangen zu lassen / wöllen J. K. M. dazu der ordentlichen Mittel / als Reichs- und Kräftestage gebrauchen / oder da es je die äusserste nothdurfft erforderten thäte / mit rath und gutachten mehr-erwehnter sechs Churfürsten / verfahren / und dieweil die Zeit über dieses noch wärenden Kriegswesens / in ansetzung und einbringung gemeinder Steuer / des H. Reichs Fundamental-Gesätz / und das lobliche alt Harkommen / vielfältig überschritten worden / so soll dadurch gemeldten Reichs-satzungen / gar kein abbruch geschehen / noch das ienig / was also harkommen / angesetzt werden.

10. Jus Monetæ elargiri.

Pernecessarius est usus monetæ, ne ad permutationum necessitatem prætorum temporum deveniamus: *l. 1. ff. de contrah. emt. cujus valor ac æstimatio à supremo Principe constituenda; l. un. C. de argent. pret. lib. 10. secundum temporum ac regionum placita, l. 50. §. ultim. ff. de leg. 1. non judicio privatorem. argum. l. 38. ff. de pact.* Inde moneta dicitur, quod de valore publico, nihilquæ fraudis in metallo vel pondere esse, admoncat, uti *Reinhardus Comes Solmensis* ait: Die Münz ist eines Fürsten Glaub / und stehet sein Stamm / Waapen und Siegel drauff / gleich wie auff einem Brteff / als ein gerechte und gute Waar. *Speidel. in notab. juridic. lit. M. tit. 45.* Et forma publica percussio est, *l. 1. ff. de contrah. emt. ut subditos imago Principis insculpta, de subjectione admoncat; Math. 22. vers. 20. uti inter regalia censetur. 2. Feud. 56. verb. moneta.* Apud Romanos olim Trium-viri erant monetales, inde æris, argenti, auriflatores dicti. *l. 2. §. 30. ff. de O. J.* In quibusdam civitatibus Imperialibus, primariæ quondam familiæ Die Münzer und Hausgenossen. §. In weiter berathschlagungen. R. J. anno 1566. quæ in communi, & ad eam rem deputata æde, jus cudendi monetæ, Imperiali concessione usurpabant, à quibus jus istud ad civitates pervenit. Apud Basileenses die Zunfft der Hausgenossen / inter tribus, primo loco ponitur. *Draco de orig. & jur. patric. lib. 3. cap. 3. n. 18.* Sicq; in Imperio omnis Ordinis statibus ferè indistinctum jus monetandi concessum. §. Und sollen derenwegen. R. J. anno 1551. Sed cùm ex frequentia hujus juris, non minima incommoda in Rempubl. provenirent, *artic. 33. Capitul. Ferdinand. II.* Imperat. insertum; Hinsüro ohne vorwissen der sechs Churfürsten niemand mit Münz-Freheiten zu begnädigen / die es ohne deren willen erhalten zu priviren / die dem Münz-Edict / des Münz-regal sich misbraucht zu suspendiren, und bey den mittelbaren Stätten zu revociren und cassiren. Reges Galliæ proceribus Regni jus monetæ, quod usurparant aliquot annis, Lege universali latâ abstulere. *Le Bret de la souveraineté*

soveraineté. lib. 2. cap. 9. pag. 247. Quibus verò statibus in Imperio permittitur est cudere, iis etiam licitum monetæ valorem præscribere, *argum. l. 102. ff. de solut. & in districtibus suis monetalia Edicta facere, dummodò non fiant contra Ordinationes Imperii. §. Dancben sollen die Kraß. R. J. an. 1594. §. Vnd die weit vast allwegen. R. J. anno 1603.* Valoris verò monetæ constitutio ob vicinorum commercia jurisgentium est, ac iis proportionatè constitutenda, ne si imminuatur nimis, in commerciis defraudentur subditi; *Loiseau des seigneuries. cap. 3. num. 35.* Si augeatur pretium, fiscus Principis damnum sentiat, eadem quippe ratione census ac reditus suos refundunt subditi. *T. Smith. de Republ. Anglor. lib. 2. cap. 4.* Quod si summa necessitas, quæ Legem non habet, *l. arg. 10. ff. de vac. muner.* Principem ad imminutionem vel augmentum valoris, vel deteriorationem monetæ adigat; uti est ingruens bellum; arcta obsidio; summi Principis, qui lytro redimendus, captivitas; sicuti bellis civilibus Galliæ, sub Johanne & Carolo VII. Regibus, ob extremam indigentiam, coriaceo nummo, clavo argenteo insignito commercia frequentari necessum. *P. Mathieu lib. 2. histor. narr. 3.* (Sic in bello secundo Punico, libræ æris pondus minutum. *Plin. lib. 33. cap. 3.*) eò procedere non debet absque assensu populi; cujus interest eam constitui ac mutari. *argum. l. 8. l. 10. ff. de aqu. plur. arc.* Cessante verò necessitate tenetur privatis ad restitutionem damni, quod iis istâ mutatione intulit. *Vid. le Brec de la souveraineté. lib. 2. cap. 4. pag. 185.* Sic Fridericus II. Imp. anno 1240. eò quod ærarium ipsius ex belli Italici diurnitate exhaustum esset, monetam coriaceam cudi iussit, eique valorem aurei Augustalis imposuit, simulque per Præconem edixit, ut habentes monetam hanc, finito bello, ad Cæsarum Imperialem referrent, bonos aureos recepturi. *Wurmser. in nucl. jur. controvers. disput. 13. thes. 6.* Utque publico pro valore commutari faciat magistratus, jubet §. *Damit aber. Edict. Monet. Ferdinand. I. Imperat.* quapropter certum tempus indulgendum, ad istam monetam expendendam. §. *Damit man nun. R. F. anno 1570. iii.* Vnd seynd diese. Münzordnung Ferd. I. Weilt auch die Münz-Gerechtigkeit kein Mercanz sondern ein Käuf. Regal/ so die Münz-Stände auß sondern Bertrawen/nicht zu ihrem selbst gesuchten Vorthell/sonder dem H. Reich zu ehren vnd wolfarth brauchen sollen. §. *alsdann auch. R. F. Spir. anno 1570.* Nullæ itaque istæ conventiones, *l. 5. C. de LL.* Da man die Stämpffel verkaufft; oder die Münz-Freyheiten/ Privat-personen zu ihrem nutz/ versetzt vnd vertiehen werden. §. *Damit aber nicht. R. J. anno 1548.* Status itaque *Die solch Regal vntrewitich misbraucht/entsetzen sich dessen selbst/ §. Als dann auch. R. J. anno 1570. pœna 40. marcarum auri multantur, §. So haben Wir Uns auch. Ord. Mon. August. anno 1551.* ac prohibiti vel suspensi, monetam ulterius refractariè cudendo, in pœnam banni incurrun. §. *Auff den fall dann. R. J. anno 1566.* Privatus verò licet jus obtineat, ex præscripto vel privilegio principis, (quod semper surreptitium videtur) ac iusti valoris, optimæ bonitatis, ac pretii æqui, monetam formet, pœnam nihilominus incurrit. *Bocer. de regal. cap. 2. num. 227. Besold. de jur. Majest. cap. 8. num. 8.* Quamvis mitius puniatur secundum proportionem delicti. *Ordin. crimin. Carol. V. artic. 111.* Qui verò monetam, falsis insignibus percudit, aut tondet, ad ignem damnatur, §. *Dazu das sich wänniglich. R. J. anno 1551. l. Crim. Carol. V. Imperat. artic. 111.* bonis ipsius fisco adjudicatis. *l. 2. C. de fals. monet.* Nulla enim clades, nulla pestilentia, nec mortalitas, nec hostes, totam terram rapinis incendiisque vastantes, magis nocent, quam fraudulentia perorati nummi. *D. Limmaus lib. 3. jur. publ. c. 2. n. 66.*

Propria sunt, quod solus Imperator potest,

I. Nobilitatis supremos gradus conferre.

Virtus licet per se nobilitet, juxta illud;

*Nobilitat virtus hominem, virtute remota,
Migrat in exilium nobilitatis honos.*

Prodesse tamen ea ipsa nequit, nisi vigore regalis dignitatis, titulus alicui conferatur; talem enim prærogativam Imperatoriæ jussionis merentur, honorariis postquam decorati codicillis. *l. fin. §. 2. C. ubi senat. vel clariss.* Et distinguendum inter virtutem, ac virtutis insignia; quæ propter ordinem Reip. bene meritis attribuuntur. Hinc Cicero pro Sextio; omnes, inquit, boni semper nobilitati favemus, & quia utile est Reip. nobiles esse homines, dignos majoribus suis; & quia valere apud nos debet clarorum hominum, bene de Republ. meritorum memoria. Ab Imperatore itaque, (qui nobilissimus appellatur, *l. 3. ff. de natal. restitu.* quiq; tantæ celsitudinis, ut parem ex mortalibus neminem habeat, *l. penult. C. de bon. quæ lib.* ac cujus nomen apud omnes populos nominatissimum, *Novell. 30. princ.*) tanquam à fonte, omnes dignitatum thesauri profluere censentur, & de fulgore Cæsarei throni, velut ex sole radii, ita cæteræ prodeunt dignitates, ut primæ lucis integritas, minorati luminis non sentiat detrimentum. *D. Linnæus lib. 2. jur. publ. cap. 9. num. 17.* Ab ipso promanat; Regalis splendor, Ducalis autoritas, Comitiva dignitas, nobiliumque jura inde pendent. *Schonborn. 5. pol. 15.* Ea propter Capitul. Ferdinand. III. Imperat. *art. 46.* constitutum; *Das die diplomaten, so über den Fürsten / Graffen vnd Herren standt, auch nobilitationen, palatinaten, sampt andern Freyheiten vnd Privilegien / von J. R. M. ertheilet werden / bey keiner andern als des Reichs-Canzley wie selches von alters loblich hat kommen, auch J. R. M. vnd des H. Reichs Hochheit gemäß ist / gesehen; noch die goldene Bull / als ein vbraltet Insigne, eines regierenden Römischen Kaisers / oder Königs / an einig andern diploma, als welches bey gedachter Reichs-Canzley / mit Kaiserl. Verwilligung aufgesetzt worden ist / gegeben werde.* Ne tamen nobilitatis prærogativa, immeritis concedatur, vel ad fastigium hoc evehantur, qui ob inopiam, dignitatis gradum sustinere nequeunt, prudenter admodum cautum, in prædicta Capitul. articul. 47. *Das bey collation, Fürstlich: vnd Gräfflichen Dignitäten / vornemlich dastin gesehen werde / damit auff allen fall / dieselbe allein denen von J. R. M. ertheilet werden / die es vor andern wot meritirt / im Reich gehalten / vnd die Mittel haben / den affererenden Standt pro dignitate auß-zu-führen. Virtus novitiorum verò ne immerita sit, & opinione natalium omnes honoris aditus occupentur, virtuti nihil relinquatur loci, quum juxta Poëtam:*

Ipse decor recti facti, si premia desint

Non mover, & gratis penitet esse probum;

Summi Principis est, eandem virtutem ubique promovere; non secus ac prudens agricola, loco veteris labantis, novam arborem inserit, ubicunque locorum invenit. *T. Smith. de Republ. Anglor. pag. 157.* Nec debet deterior esse conditio eorum, qui posteros habere nobiles meruere, quam qui parentes habuerunt. Novam enim nobilitatem peperisse melius est, quam acceptam

corrupisse.

corrupisse. Sibi verò, ex aliena virtute quid arrogare, nec ex propria id velle concedere, summa iniquitas. *Besold. de jur. civium. c. 10. n. 9.* Quod monetæ, novæ huic nobilitati quidem evenire solet, quæ usu ac temporis cursu probata, passim recipitur, nova, non absq; sollicitâ probatione admittitur. Inde qui nobilitatur, nobilitatem quidem consequitur, sed non genus; liberi genus habent, sed non gentilitatem, quæ in nepotibus incipit. Atque ad eò nobilitatem in primo acquirente nasci, in filiis pubescere, in nepotibus adulescere, & denique in pronepotibus maturiorem ætatem consequi, tradit *D. Limnaeus. libr. 6. jur. public. cap. 5. num. 52.* Possè verò Imperatorem, ad ludos equestres minus idoneum, ob natalium priscaurumque imaginum defectum, vi potestatis, ut ludis equestribus idoneus fiat, natalibus restituere, *Cluten. in syllog. rer. quot. thes. 20. lit. f.* absque sacrilegii nota vix dubitare liceat, per *l. 3. c. de sacrileg.* Contrariæ opinionis authoribus respondet *Pruckmann. ad §. soluta potestas. effect. 5. num. 5.* Singulari verò Privilegio Archiduces Austriæ, in districtibus ac provinciis suis, Comites, Barones ac Nobiles creare possunt. *Munster. in Cosmograph. lib. 5. c. 354.* Quam facultatem etiam tribuit Seren. Electori Comiti Palatino, *Cluten. in syllog. rer. quotid. thes. 20. lit. f.* Solius verò supremi Imperii proprium censetur; jus creandi Reges, Duces, Archiduces, Marchiones, Landgravios. Quam præminentiam non modò in Imperio habet Cæsar, sed & exteri Principes, ab eodem Regales dignitates experunt. *Besold. de jur. Majestat. cap. 3. thes. 5.* Inde Carolus terribilis, ultimus Burgundiæ Dux, frequenti sollicitatione, sed frustraneo successu, ab Imper. Friderico III. ut provincias hæreditarias titulo Galliæ Belgicæ in Regnum erigeret, expetiit. *Serres. i. histor. pag. 839.* Maximilianus verò II. Imp. cum Pius V. P. P. Cosmum Florentiæ Ducem, coronâ & Magni Ducis Hetruriæ titulo donasset, se Pontifici, ut Falcem in alienâ messem mittenti, opposuit. *T. Michael. de jurisdict. thes. 13. lit. g.* Magnus Moscoviæ Dux, licet Regem sese vendit, quod Reges tributarios sibi habeat, quoniam ab Imperatore coronatus non est Rex, quod frequens est Principibus, qui hac præminentia gaudent, hoc titulo Regis non compellatur ab aliis, extra subditos. *Duret de l'origine des langues p. 856.*

2. Jus civitatis dare.

Civitatis esse suum, animam, spiritum & vitam elargiri solius Imperatoris est, *argum. l. un. C. de metrop. Berytho.* Quare nec jura, nec nomen civitatis habebit, quæ absque concessione vel consensu summi Principis, fundata vel constructa fuerit. *D. Limnaeus lib. 2. cap. 9. n. 128.* Ideò Maximilianus I. Imperator, cum quidam Statuum Imperii, vico cuidam *Stattrecht* dare vellet, Anno 1514. 6. Febr. id fieri mandato inhibitorio prohibuit, cui hæc in specie verba fuere inserta; *Wann nun dir noch jemand anders nicht gezeimet / Stattrecht oder anerst daß der hohen Obrigkeit anhängt / ohn sonder Erlaubnuß anzurichten.* *T. Michael. de jurisdict. thes. 12. lit. c. Bocer. de Regal. cap. 2. num. 257.* Formulas privilegii Imperialis, quo jus civitatis condendæ datur, exhibet *Besold. de jur. Majestat. cap. 8. thes. 12. D. Limnaeus lib. 2. jur. publ. cap. 9. n. 128. & lib. 5. c. 7. n. 129.*

3. Academias erigere.

Ut aspectum à circumfuso aëre lumen accipit: sic mens à doctrina. Gloriosa itaque scientia literarum, quia quod est primum in homine, mores purgat; quod secundum, sensum & verborum gratiam subministrat, itaque utroque beneficio ornat, & loquentes & tacentes. Hisce verò studiis negle-

tis, neque Ecclesia rectè constitui, nec Respubl. laudabiliter administrari,
 nec belli consilia, vigere aut explicari: atque adeò nec domi nec foris ritè &
 præclare quicquam posse, experientia magistra docet, uti eleganter ait Ma-
 ximil. II. Imperat. in privileg. Academ. Argentorat. ap. *D. Linnæum lib. 7.*
de J. P. c. 3. n. 41. Quemadmodum verò in regno Sophitis quondam apud In-
 dos, genitos liberos non parentum arbitrio ali ac educari permillum, sed eor-
 um quibus spectandi infantum habitum cura mandata erat; *Curt. lib. 9. hi-*
stor. ita & publica institutio præferenda privatæ. *Schonborn. 1. poli. 8. Arnisæus*
doctr. poli. cap. 19. p. 430. Proinde & Gymnasiis hæc, publicæ loca destinare
 convenit, in quibus semotis impedimentis insignia sapientiæ culmina inole-
 scere possint. Collegia verò cum passim habere non liceat, *l. 1. princ. ff. quod*
cujusque univers. nom. sed cum autoritate supremi magistratus, *l. 3. §. 1. ff. de*
colleg. & corpor. quanto magis id ipsi observari convenit, in institutione ju-
 ventutis, ne quid contrarium Religioni, aut Reipubl. Legibus tenerè in ætate
 arripiat. Quemadmodum in plantis ad felicitatem vel infelicitatem ista-
 rum, plurimum faciunt injuriæ, aut auxilia, quæ iisdem cum teneræ fuissent,
 intervenerint. Quemadmodum etiam incrementa illa immensa Imperii
 Romani, meritò à quibusdam attribuantur virtuti & prudentiæ sex illorum
 Regum, qui eidem in pueritia sua, veluti tutores fuerunt atque nutritii: sic
 certè cultura & institutio annorum puerilium aut teneriorum, eas habet vi-
 res licet latentes, & minimè in cujusvis observationem incurrentes, quas ne-
 que temporis diuturnitas, neque laborum assiduitas & contentio, postea
 ætate maturiore possint ullo modo æquiparare. *Baro de Verulamio de augment.*
scienc. lib. 6. cap. ultim. Quæ verò insignior felicitas, tanto honore dignari
 subditam juventutem, ut & initium ipsi & finis eruditionis à voce & autho-
 ritate principali procedat. *§. 3. proem. Inst.* Contrario verò modo Tyrannus,
 ut subditos servos retineat, literarum studia planè tollit, quod de Moscorum
 Principe refert *Boterus in politica Regia pagin. 43.* Cui assimilari jure potest Pau-
 lus II. P. P. quem ita alienum à studiis literarum ferunt, ut hæreticos decla-
 rârît, qui serio sive per jocum Academiæ nomen protulerant. *Serres. 1. histor.*
pag. 920. Optimi verò Principes ex Universitatibus prodire novère, quo-
 rum scientia totus illuminatur orbis, *Ausb. habita. C. ne fil. patr.* ibi recondi
 scientiæ ac doctrinæ clavem, ac veræ salutis semitam explanari; ibi foveri
 spes eorum, quibus toto legitimo opere perfecto, partes reipublic. guber-
 nandæ conceduntur. *§. 7. proem. Inst.* Quare in Reipubl. Legibus instituen-
 dis, Politici, Academiarum in quibus studia excoluntur, iisque ad finem per-
 ductis, bene meritis dignitatum præmia attribuuntur, summam rationem
 habuère. Unicum hoc jus est, in quo supremi Principes, præ reliquis Maje-
 statis suæ prærogativam elucescere voluère, quodque cum primordiis Mo-
 narchiæ Assyriacæ cœpisse, tradit *Le Brev de la souveraineté du Roy. lib. 4. c. 12.*
pag. 648. Ad Imperatoris sane jus, Academiarum confirmationes perti-
 nuisse arguit *l. un. C. de stud. lib. urb. Roman. lib. 11.* Et Romanorum Impera-
 tores, inter alios supremæ potestatis curas, hanc præcipuè dignitate suâ di-
 gnam existimasse, in Sacro Romano Imperio, Gymnasia, Academiæ & uni-
 versalia studia, velut publicas studiorum palæstras, instituire, fundare & con-
 firmare, exemplo sollicitè curare, ut liberalium artium ac scientiarum disci-
 plinæ excolantur & convenientibus auspicio protectione felicia incrementa
 consequantur, rescribit *Ferdinandus II. Imperat. in privileg. Acad. Altorph. ap.*
D. Linnæum lib. 7. jur. publ. cap. 35. num. 32. Imperator proinde omnium di-
 gnita-

gnitatum Academicarum, æquè ut aliarum, fons & caput est; quas vel im-
mediatè largitur imperiali beneficentia, vel mediatè, qui ab ordine appro-
bati fuere, l. 11. C. de process. hisce honorum gradus conferri jubet. D. *Limnæus*
lib. 8. jur. publ. cap. 8. num. 6. Archiduces Austriæ, insigni præ reliquis Prin-
cipibus concessio privilegio, in provinciis suis hæreditariis, Doctores Juris
Cæsarei, Medicinæ, ac Magistros artium liberalium creant, uti indignis po-
stea concessas auferunt dignitates. *Munster. in Cosmograph. lib. 3. cap. 354.* Ex
consuetudine etiam longissimi temporis, jus Academiæ acquiri, autoritate
Baldi docet T. *Michael. de jurisd. thes. 12. lit. a.* Inde Uniuersitates à solo Pon-
tificè confirmatæ, veræ Uniuersitates sunt, & privilegiis Academiæ conces-
sis, hodie de consuetudine utuntur; *Cluon. in syllog. rer. quoid. thes. 21. lit. e.*
multa enim jure invalida, postquam facta sunt, publicæ utilitatis gratia sus-
tinentur. *arg. l. 3. ff. de offic. præ. Minimè verò Pontificiâ opus habent con-*
firmatione, quæ à Cæsarea Majestæte institutæ ac approbatæ Academiæ,
argum. O. C. part. 1. tit. 3. §. Desigleichen. uti & præjudicia extant eorum, qui
ad summa Cameræ Imperialis munia admissi, licet promoti fuerint in Aca-
demiis à Pontificè non approbatis. D. Limnæus lib. 8. jur. public. cap. 1. n. 32.
Et Bononiensem, Patavinam, Pragensem ac Parisiensem Academiæ, Imp-
eratores solummodo conditores ac confirmatores agnoscere tradit. *Idem*
d. l. n. 33. Ubi n. 40. dissentientium opinioni respondet.

4. Principibus exteris militiæ conscribendæ licentiam dare.

Civitem quoniam non mœnia sed homines efficiunt, ut Themistocles
ait, apud *Justin. lib. 2. histor.* Uti Reipublic. interest civitatem liberis repleri,
l. 1. ff. *solut. matrim.* ita summa cura providendum, ne ex immodica civium
imminutione, Respubl. quid detrimenti patiat. Nulli verò magis conven-
nit, salutem Reipublic. tueri, quàm Cæsari, l. 3. ff. *de offic. præf. vigi.* qui ampli-
andam magis civitatem, quam minuendam esse censet. l. 2. C. *comm. de*
manumiss. Impii quare qui patriam vitant, l. un. C. *si curial. rel. civ. lib. 10.* qui-
ve exercitum deserunt, aut ad hostes perfugiunt, imminente forsân necessi-
tate, majestatis tenentur. *argum. l. 2. ff. ad L. Jul. Maj.* Unde & cives ut ex-
terna militia abstineant, per mandata avocatoria gemeine Abforderung co-
guntur. §. *Bnd das vor etlichen Jahren. R. J. anno 1570. §. fermer ob wot. R. J. an-*
no 1582. Gail. 1. de PP. num. 1. Priscis sanè Germaniæ nobilibus, Tacito teste,
ingrata semper quies erat; pigrum & iners videbatur, sudore acquirere, quod
possis sanguine parare: D. *Limnæus lib. 4. de jur. publ. c. 8. n. 13.* hi itaque si-
miles Menedemo Terentiano, in *heautont. act. 1. scen. 1.* inquenti:

Ergo istuc et atis, non amori operam dabam:
Sed in Asiam hinc abii propter pauperiem, atq; ibi
Simul rem & gloriam armis repperi.

Cujus antiquæ libertatis indicio est, §. *Denselben. R. J. anno 1570. Das es im*
H. Reich teutscher Nation vor alters ein lobliche gestalt teutscher Freyheit achabt/ vmb Ehr
vnd Ruhm / mit Ditterlichen Thaten frembden Potentaten/ obn alles beteidigen des Vate-
terlands/ vnd dessen Angehörtigen zu dienen. Posterioribus attamen Constitutioni-
bus Imperii, restricta est hæcce licentia: Zu begeanen der eyntressenden Freyheit
vnd Mißbrauch teutscher Freyheit / darauf des Vatterlands Untergang zu erwartzen/

§. *Die weit dann solcher.* R. J. anno 1570. utque exteri Principes in Imperio nec militem conscribere, nec status Imperii, suo Marte ac pro lubitu, exterorum militiae addicere sese possint, nisi praevio consensu ac autoritate Imperatoris, decretum. §. *Weiter als Wir.* Reg. Jur. Anno 1576. *O. C. part. 2. tit. 15.* Nobiles verò, reliquique Imperio mediatae subiecti, exterorum castrahaud sequuntur impune, nisi scribantur permisso Imperatoris a loci magistratus, Capitaneique monstrato mandato, (§. *Wo sich aber über dis.* R. J. anno 1555.) abundè caveant; militiam hanc, neque defensivè vel offensivè Imperio obfuturam, §. *Vnd wiewol Wir.* R. J. anno 1544. §. *Wiewol auch* R. J. anno 1564. §. *Vnd was vor etlichen Jahren* / *Decret. Spir. anno 1570.* Contumaces verò ac refractari, gravissimis poenis coercentur; Sollen ohne weitere Erklärung in der Acht seyn / in Restituzion genommen / vnd die Werbung getrennet werden §. *Da aber einfaet* / R. J. anno 1570. Simili ratione, Carolus VI. Gall. Rex edicto cavuit, ne quis arma capiat, sub alterius Principis quàm Regis auspiciis. *Arniseus de Republ. lib. 1. cap. 5. sect. 8. n. 9.*

§. Repressalias concedere.

Facialium quondam formula erat; quas res nec dederunt, nec solvunt, nec fecerunt, quas res dari, solvi, fieri oportuit. *Liv. lib. 1.* Pro rebus itaque non solutis, ac justitia denegata, uti pro ablatiis repetendis, justum bellum est. *Lips. 5. polit. 4.* Repressaliarum verò concessio, quoniam species belli videtur, ejus potestas summo Principi ascribitur, ne ex levi causa cum vicinis gentibus similitates, vel in ipso Imperio, ex ultro citroque detentione civium, motus ac factiones, indeque civilia bella pullulent; non itaque absque gravi ratione membris singularibus, absque capitis consensu periculosa hæc remedia, temerè concedenda, monent *Gail. de pignor. cap. 1. n. 5. & cap. 2. ibid. per tot. Befold. 1. polit. 4. §. 26. D. D. Wachmann. de privileg. thes. 19. lit. e.* Quamvis Germaniæ observantia, hoc jus invicem Status in subditos alterius, non absque ratione decernere, tradat *Dapp. de civi. Imperat. cap. 7. n. 17.* Quæ verò observanda à summo Principe, antequam ad repressaliarum concessionem perveniat; latè profequitur *D. Limnaus lib. 4. jur. publ. cap. 8. n. 323.* Jus hoc Gallis dicitur *droit de Marque*, quoniam in limitaneis finibus frequens ejus usus est, *Le Brev de la souveraineté du Roy. lib. 2. cap. 14. pag. 301.* eoque vindicamus injurias regnicolis ac civibus in alienis regnis illatas. *Gothofr. in epigraph. Novell. 52. lit. e.* Et sunt repressaliarum jura, ut quicumque eorum quibus inducuntur, territorium ejus qui indicit, intraverit; possit retineri cum bonis usque ad satisfactionem. *P. Greg. Tholosan. in syntagn. jur. univers. lib. 38. c. 8. num. 5.* Speciali verò privilegio concessum Studiosis, quod ob alterius cujuscunq; provinciæ delictum aut debitum, jure Repressaliarum capi nequeant. *Ausb. habit. C. ne fil. pro parv. & ibid. Gothofr. lit. d.* Sic in Academia Aureliansenfi (beneficio Christianis. Regum Galliæ, Inclytæ Nationi Germanicæ, studiis operam navanti concessio, ac anno 1622. à Ludovico XIII. Gall. Rege clementissimâ munificentia, ad Almam Universitatem Bituricensem prorogato) inscriptus, nec jure belli capi detinerique potest, etiam si ejus Princeps Regi bellum indixisset. *Ex privileg. Henric. II. Reg. anno 1554.* Quod confirmatum privilegio Ludovici XIII. Regis, anno 1616. *Qu'ils puissent, sous nostre sauvegarde venir en ladite Université, y faire residence, & s'en retourner sans estre recherchez en leur religion, faitz prisonniers, ny mis à aucune rançon, combien qu'ils fussent subjets, de quelques Seigneurs du parti contraire.* Quemadmodum senten-

sententia supremæ curiæ Parisiensis anno 1558. 12. Jul. liberatus nobilis quidam Germanus, studiis incumbens in Academia Aurelianensi, posteaquam detentus à quodam Gallo, cujus frater captus bello, à fratre studiosi. *Bacquet des droiës du domaine de la couronne de France. part. 1. c. 13. pag. 38. & post eum D. Limnæus lib. 8. jur. publ. cap. 9. num. 68.*

6. Nundinæ majores constituere.

Nundinæ majores, quæ non annonæ gratia, sed mercatus causa instituuntur, instar privilegii ab Imperatore conceduntur, *l. 1. ff. h. t. l. un. C. eod.* In Republ. Romana erant feriæ Latinæ, *Wesembec. paratit. ff. h. t. n. 2.* quibus sacrum quoddam tempus juridicè adjectum, ne quis sub prætextu privati debiti conveniatur; (nisi ob delictum publicum, *l. 3. §. fin ff. de fer. Novell. 7. cap. 7. vel in nundinis ibidem contraxerit. argum. l. 19. §. 2. ff. de judic.) l. un. C. h. t. meritò itaque institutionum harum feriarum, ut omnium aliarum, Imperator sibi vendicat. *l. 4. C. de fer.* In hisce etiam nundinis, cum maximus concursus populi sit, proinde absque autoritate summi Principis non permittendæ, *argum. l. 1. ff. ad L. Jul. Majest.* Minores equidem nundinæ, quæ nihil dignitatis habent, sed ad sustentationem populi faciunt, à quovis equidem magistratu institui possunt; majores verò, quia regalia summi Principis ingrediuntur, ejus absque concessione, institui nequeunt. *Werdenhagen. de Rebus publ. Hanscar. part. 3. cap. 20. pag. 549.* Eò enim venientes & redeuntes in speciali protectione Imperatoris ac Imperii sunt; ut privilegio Nundinarum Francofortensium probat *D. Limnæus lib. 7. jur. publ. cap. 16. num. 24.* quæ à nundinis minoribus hebdomadariis expressè distinguuntur, alio privilegio, *Idem d. l. n. 26.* Nundinarum privilegio, licet emporia opibus ac incolis admodum ditentur, *Guicciardin. descript. provinc. Belg. p. m. 108.* illud tamen haud concedere solet Imperator, nisi vicinis, quorum interesse potest, prius auditis. *Gail. 2. observ. 69. num. 24, 25.* Quamvis iisdem absque ratione contranitentibus, (ne indulgeatur malitiis hominum. *l. 38. ff. de R. V.*) summo jure meliorem facere conditionem petentis possit, *l. 1. §. 12. ff. de aqu. plur. arc.* dummodo ob nimiam vicinitatem, vel concursum temporis, institutis nundinis non præjudicet. *Le Bret de la souveraineté du Roy. lib. 4. c. 13. in fin.* Jus hoc nundinarum etiam, ob causam ac rationem, de loco in locum Imperator transferre potest. *Besold. de jur. Majest. cap. 8. num. 10.* Sic Nundinæ Moguntinæ à Friderico II. Imper. Francofurtum translatae. *Arnæus disc. 1. ad A. B. thes. 35.* Qui etiam beneficium hoc promerere, non utendo, decennii spatio ejus usum amittunt. *l. 1. ff. h. t. Jur. Saxon. 31. annis,* ut reliqua privilegia. *Wesembec. paratit. ff. h. t. num. fin.* Huic adjacet jus stapulæ, Germanis *Stapelgerechtigkeit / die Niedertage* / quod privilegium dicitur sistenti, & ab instituto cursu retrahendi merces exoticas, uti plenius explicat *Hadrianus Junius in Bavaria cap. 17.* Etymon vocis stapulæ quidam Gallis ascribunt, quorum establer, stabulare, vel in locum recipere significat; quoniam merces sistuntur, ut in loco quiescant; alii ab Emporiis in consuetudinem tractum credunt, quibus *Stapeten* / Saxonibus maxime nihil aliud est quam merces exponere atque iterum compingere. *Jur. Weichbild. Saxon. artic. 9.* dicitur jus altius commercii, cui ascribitur jus geranii, emporii, sistendi, præsentandi, exonerandi. Quibus inservit domus communis appulsus vel depositorium, ubi omnis generis mercium, quæ servando servari possunt, pertrahuntur ac congeruntur, indeque nisi venditæ fuerint in loco, aliò transportantur.*

Emtas tamen, & aliò devehendas merces, haud temerè in alia navigia quam popularia recondi, patitur civitatis jus. *Vid. latè Werdenhagen de Rebusp. Hanseat. part. 3. cap. 20. pag. 557.* Hoc itaque jus, quum dignitate ac utilitate se Regalibus summi Principis insinuet, unde vectigalium commoda sperantur, ac emporii dignitas dependet, ejus absque speciali privilegio haud permittitur, *arg. l. un. C. de mercop. Beryth.* Expressè decretum fuit *Capiul. Ferdinand. III. Imperat. artic. 20.* Diuelli sich zuträgt / daß zwarn der Nam des Zolls biswetlen nicht gebraucht / sondern vnderm prætext einer Nidertag / Stapei-gerechtigkeit oder sonsten von den auff: vnd abfahrenden Schiffen vnd Waaren eben so viel / als wann es ein rechter Zoll were / erhoben wird / so sollen alle vnd jede ohne ordentliche verwilligung des Churfürstlichen Collegii, also außbrachte Concessiones, vnder was Schein vnd Namen auch dieselb tinner erhalten worden / null vnd nichtig seyn / auch einen jedwedern des H. Reichs Churfürsten / welcher sich damit beschweret befindet / frey vnd bevor stehen / sich solcher beschwerung so gut er kan / selbst zu entheben.

7. Postas instituere.

Postarum constitutio non modò iter facientibus, literasve mittentibus insigniter commodat, sed & ultra vectigal, quo fiscum auget, Reipubl. multum prodest; dum harum compendio, quid undique geratur, Princeps exploratum habere potest. §. Item ist bedacht, *R. F. Norimb. an. 1522. §. Vnd nach dem. R. F. Esling. anno 1526. §. Vnd damit man auch zu jeder zeit. R. F. Spira de anno 1542.* Dicuntur enim Postes, quasi positi certis in locis, & in prociectu semper excubantes. Augustus, quo celerius ac sub manu annunciari cognoscicique possent, quid in provincia quaue gereretur, juvenes primò modicis intervallis, per militares vias, dehinc vehicula disposuit: commodius id visum, ut qui à loco eodem perferrent literas, interrogari quoque si res exigeret, possent. *A. Clapmar. de arc. Rerumpubl. lib. 1. cap. 21.* Præ cæteris harum utilitatem expertus, primus postarum in Gallia restaurator Ludovicus XI. Rex (jam ante enim sub Childeberto Rege postarum usum in Galliis cognitum fuisse, docet *Le Bret de la souveraineté. lib. 2. cap. 15. pag. 306.*) qui earum celeritate, de obitu Caroli VII. Regis patris, à Mehun sur Yeure (præcis Mediolanum vel Magdunum dicitur, *Les antiquitez de France. pag. 492.*) ex Bituricensi provincia, eodè quo vita functus erat die Genneppi in Brabantia nuntium recepit. *Serres. 1. histor. pag. 779.* Institutio cursum publicorum Cæsari reservata. *l. 9. C. de curs. publ.* Post auffrichten ist ein stück der Rättschthen Hochheiten. *Wehner. in observat. pract. tit. Post.* Olim nulli cursu publico utilicuit, absque publica auctoritate, *l. 6. 11. de curs. publ. quæ permissio diploma dicitur, l. 137. §. 2. ff. de V. O. l. 27. §. fin. ad L. Corn. de fals. & tractoria. t. 1. C. de tract. & stat. lib. 12. evectioes. l. 9. C. de curs. public.* Et meritò belli tempore observandum, ne quis infcio Principe postis uti possit. *Mench. de arbit. quæst. cas. 229.* Quænam leges apud Romanos iis præscriptæ, qui cursu publico uti voluere, tradit. *D. Limæus lib. 2. jur. publ. c. 9. n. 139.*

8. Feuda Majora a] Regalia b] conferre, c] ac de iis judicare. d]

a] In minoribus enim feudis, Camera præventionem habet. *Gail. 1. observat. 29. num. 7. Disf. Paarmeister. 2. de jurisdict. cap. 6. num. 300.* b] Feudum ut Regale dicatur, duo requiruntur, 1. à Rege investiri, 1. feud. 14. 2. dignitatem esse Regalem. *Schneidervin. Institut. de act. §. 20. tit. fam. ercisc. act. n. 33.*

act. num. 33. Feuda regalia sunt Principum Ecclesiasticorum, quæ Scepter-tesen dicuntur. Olim equidem Imperatores, Episcopos & Abbates per baculum & annulum investire solebant: posteaquam verò hanc investituram insolentia Pontificum Imperatori extorsit, Episcopi & Abbates electi, investituræ regaliæ suorum, per sceptrum ab Imperatore recepere. *D. D. Buxtorf. ad A. B. thes. 69. lit. a.* Feuda Principum secularium Sahn-tesen dicuntur. Regna olim per gladium, provinciæ ut ducatus, marchionatus, comitatus, per vexillum investiebantur. Quæ solemnitas immutata, & investitura seculariû per enssem fit, ita ut vasallus præstato jurejurando fidelitatis, capulum ensis apprehendat, & extremum ejus conam osculetur. *D. D. Reinking. reg. sec. lib. 1. class. 4. cap. 19. n. 8.* Quamvis de hac defuetudine solemnitatis, investiendi cum vexillo adhuc dubitet *D. D. Buxtorf. ad A. B. thes. 68. lit. b.* c] Solus enim Princeps ea conferre potest. 2. Feud. 10. 1. Feud. 14. *A. B. tit. 5. §.* Unde behalten Uns beyor. *Decr. Reg. Worm. anno 1521.* Inde est, quod fiscales causæ, si Ducatus, Comitatus ac territoria concernant, de iis absque Cæsareâ Majest. auctoritate transigi nequeat. *O. C. part. 1. tit. 16.* Pactioes etiam de mutuâ successione, Erb-verbrüderung / quoniam continent dispositionem ac provisionem de feudis Imperii Regalibus, *D. D. Remig. Fesch. de fader. conclus. 24. lit. d.* confirmatione Cæsareâ opus habent. *Schonborn. 2. politic. 13.* Imperatoris enim est causâ cognitâ perspicere an talia pacta Romano Imperio sint futura nocumento, necne. *Gail. 2. observat. 127. num. 6.* Hodie verò si aperta fuerint feuda, libera ista conferendi potestas Imperatoribus adempta: Wann dem Reich Lehen eröffnet vnd ledig heynfallen wurden / so etwas mercklichs ertragen / als verfallen Fürstenthum / Graff / vnd Herrschafften / Stât vnd dergleichen / die wöllen sie ferners niemand vererben / sonder zu verhaltung / der nachkommenen König vnd Käysern besaiten / einziehen vnd incorporiren , bis so lang das Reich wider zu wesen vnd auffnehmen kompt. *Capitul. Ferdinand. II. Imperat. artic. 28.* De Electoribus in specie cavetur, quod hæredibus deficientibus immediatè ad Cæsarem redeant. *A. B. cap. 7. in fin.* Electorum attamen apertum retinere nequit Imperator, ne cum periculo Reipubl. numerus Electorum imminuatur, *D. D. Buxtorf. ad A. B. conclus. 87. lit. f.* d] 1. Feud. 18. 2. Feud. 34. princ. §. Ob auch sachen su siele. *Decr. Regim. Wormat. an. 1521. O. C. part. 2. tit. 17.* Quem casum expresse provisum ac soli Imperatori reservatum, docet *Gail. 1. obs. 29. num. 7.* Sed ambigua & difficilis hujus quæstionis argumenta, quæ ex utraque parte producuntur, expromunt *D. D. Reinking. de reg. sec. lib. 1. class. 4. cap. 19. per tot. D. Limnaus lib. 2. jur. publ. cap. 9. num. 32.* Sed dubitatione superioris seculi remota, praxis hodierna hanc sententiam approbat, sicuti, aliis exemplis non allegatis, Ferdinandus II. Imperator, In Sachsen Hessen contra Hessen die Marburgische succession betreffent / solus non adhibitis Paribus Curia, nuperis annis cognovit, & definitivè judicavit. *Wurms. exerc. 7. jur. publ. thes. 19.* Vicariis etiam Imperii, tempore interregni, de feudis majoribus judicandi, non verò investiendi facultatem tribuit *D. Limnaus lib. 3. jur. publ. cap. 12. n. 57. D. D. Buxtorf. ad A. B. concl. 62. lit. d.*

9. Disceprationes de seshionis prærogativa decidere.

Honoris & laudis cupiditas, quoniam illustrioribus innata præcordiis; Principibus familiare esse solet, de honore & gloria certare. Defendunt enim naturam humanam, quæ neque omnes inter summos, neque rursus omnes inter novissimos constituit, sed procedit, secundum gradus præces
denti-s

dentis inspectionem. *Novell. 5. cap. 9.* Inde in Recessibus Imperii, tot vestigia disceptationum, de sessionis prærogativa inter Principes, existant. §. Item als sich im anfang. R. J. anno 1530. §. Was sich auch etliche Fürsten. R. J. an. 1542. §. Vnd nach dem in solcher Versambung. §. Wiewol auch auff diesen. R. J. anno 1544. Ut non immeritò Zamoiscius Magnus Poloniæ Cancellarius dixisse feratur: Germanos nihil in suis comitiis ferè agere, quàm ut de sessionibus digladiantur. *Kirchner. lib. 2. de legat. cap. 5. n. 78.* Et juxta Poëtam:

*Non tamen ad normam cunctis bene convenit unam
Principibus, reliquisq; Imperii ordinibus.*

Ex hisce verò certaminibus, privati honoris, quia res publicæ gerendæ negliguntur; jure ipsis acclamari debet:

*Ponite jam, quid cessatis? rogo, ponite vanos
Invidia morsus, odia & mala jurgia, tempus
Inq; aliud magis appositum differte querelas,
Publica ne pereant privatos propter honores
Commoda ————— Arumæus orat. de sess. prærog.*

Dum enim honores singuli appetunt, libertatem universi exuunt. Quoniam itaque communes res absque communione animorum, nunquam rectè administrantur, *Lips. 3. pol. 6. in not. æmulationes hæ privatorum, ne ob fomitem dissensionum, Rempub. gravius lædant, l. 21. §. fin. ff. de captiv.* Vnd daß von wegen solcher Unthätigkeit vnd Session-freits je zu weiten des Reichs gemeine Obtügen vnd vorfallende Nothdurfften zu ruet gehalten vnd verzogen / auch ungleiche affectio, dabero verursacht werden §. Der in dem 5. Reich. R. J. anno 1603. ut supremi Principis autoritate sopiantur, constitutum; ejus enim est providè dispicere, ut dignitatum ordo servetur. *l. 1. C. lib. 12. tit. 8.* Quondam controversiæ de præcedentiæ & sessionis prærogativa, à Regimento Imperii decidebantur; R. J. anno 1500. tit. *Wie die Ordnung der Session.* Sed posterioribus Constitutionibus, Ordines de sessionis prærogativa disceptantes, coram Austregis ad causæ conclusionem in petitorio ac possessorio procedunt, ac postea cognitionem Cæsaris expectare jubentur. §. Damit nun diesen Sachen. R. J. anno 1570. Quod verò Cæsar pronuntiavit omninò ratum est. §. Den andern aber. *d. Recept. Wein J. K. M. über solche Sachen vermög Eyverrischen Reichs abschlebs zu erkennen gänzlich heimgestellt.* §. Wann dann die Churfürstlichen Diät. R. J. anno 1576. Sicuti & Statibus, qui nullam adhuc in Comitiis sessionem habuere, Imperator propriâ autoritate, absque alterius præjudicio, de certo loco prospicit. §. Nach dem auch etliche R. J. 1570. Inter reliquos Principes, quibus regulis controversiæ de præcedentiâ decidantur, vid. *Befold. de præcedentiâ. cap. 3. D. Limn. lib. 4. jur. public. cap. 9. num. 41.* Inter Principum exteriorum ac Electorum S. R. I. Legatos, de jure præcedentiæ varias contentiones fuisse; testatur *Befold. de præcedentiâ. cap. 2. num. 13.* Quæ controversia, nuperimè decisa, Capitul. Ferdinand. III. Imperat. *arvic. 4.* Nachdem abtzen sich auch ein zeit hero zugetragen / daß Außländischer Fürsten Gesandten / an dem Kaiserl. vnd Königl. Hof vnd Capell / die præcedenz für den Churfürstlichen Gesandten prætendiren döffen / so sollen vnd wollen Wir ins künfftig / solches weiter nicht gestatten; were es aber sache / daß neben den Churfürstliche Gesandten / entweder den gecrönten regierenden außländischen Könige / Königl. Wittiben oder Pupillen / denen die Regierung so bald

Ward sie ihr gebührendes Auer erreicht zu führen zusehet / vnd in mittelst in der tutel oder curatel begriffen seynd / Pottschaftten / zugleich vorhanden weren / so mögen dieselbe den Churfürstlichen Gesandten vorgehen.

10. Adversus non subditos Imperii, processus decernere,
a] vel eorum querelas recipere. b]

a] Camerae iudex ac adfessores, adversus non subditos Imperio, ejusque finibus non comprehensos, processus decernere nequeunt, Imperatoris absque consensu. *O. C. part. 5. tit. 48. §.* Ob auch auff einiger Partthen. b] Extraneorum querelae ad Caesarem solum devolvuntur, *Arnif. 2. de Rep. c. 6. sect. 5. num. 123.* Extraneus proinde conventurus Statum vel alium immediate Imperio subditum, omisso iudicio Aufstregarum, statim Imperatorem adire potest. *Leipold. de concurr. jurisdict. in Imp. Rom. quæst. 4.* In aula Caesarea promotoriales extraneis etiam conceduntur, quæ ut à Camera decerni possint, supplicentem Imperio subditum esse oportet. Uti in multis aliis liberio rem Caesaris, restrictiorem Camerae Imperialis jurisdictionem esse, probat *Paurmeister. 2. de jurisd. cap. 6. n. 259.*

11. Delicti veniam facere.

Hæc facultas ex LL. ferendarum potestate dependet, *l. 37. ff. de R. J. Imperatori ex causa reservata. l. 4. in fin. ff. de pan. l. 9. §. 11. l. 27. ff. eod. Senatus Mediolanensis, licet concessione Caroli V. Imperat. insignia habeat privilegia, ut qui quid faciat, vim habeat ac si à Principe decretum sit, non tamen poterit delictorum gratiam facere, aut literas salvi conductus criminum dare. Vid. *Bodin. 1. de Republ. cap. 8. 10.* Inde etiam Ein Gnad dicitur, als we:the allein einem hohen Potentaten zugehöret. *Speidel. notab. jurid. lit. B. iii. 25.* Gratia verò hæc non absque gravi causa indulgenda, ne delicta maneant impunita, contra *l. 51. ff. ad L. Aquil. vel intemptiva hac misericordia ad maleficia quis prosiliat. l. 14. C. de pan. Et facilitas veniæ, incentivum delinquendi tribuat. cap. 33. C. 23. quæst. 4.* Moribus enim sævis, familiare atque cognatum est, armare spiritus, exemplo immunitatis. Cur enim secundum effugium desperet, qui laqueos prioris criminis evasit? Nocet probis, qui parcat malis, teste Seneca; nec quicquam majus est, unde Deo sacrificium offeratur, quam si hi, qui in suam & aliorum perniciem debacchantur, competenti vigore compescantur. *cap. 44. C. 23. quæst. 5.* Pacata enim provincia erit, si malis hominibus sollicitè conquisitis, ea careat, *l. 13. ff. de off. præf. atque audientes reliqui timeant, & nequaquam talia facere audeant, Deuter. 19. v. 19.* Medicina quædam iniquitatis est ipsum iudicium, *Plat. de Rep. Hortulanos æmulari oportet, qui ut utilibus herbis locum concilient, noxiis locum vacuefaciant. Timpler. 4. polit. cap. 5. quæst. 7.* Proinde uti ex consilio Poëtæ; Putridum membrum, Ense rescandum, ne pars sincera trahatur: Sic in Reipubl. corpore, ut totum salvum sit, quicquid pestiferum, amputandum. *Cicer. Philipp. 8.* Notabile est quod de Divo Ludovico Gallix Rege ferunt; qui quum reo cuiusdam ad mortem damnato, vitæ gratiam fecisset, solitâ devotione incidens in Psalmum 106. vers. 6. fac iudicium & justitiam omni tempore; divino quasi oraculo, officii admonitus, gratiam revocavit. *P. Mathieu lib. 6. histor. narr. 5.* Equè enim abominabilis coram Deo, qui impium absolvit, quam qui justum condemnat. *Proverb. 17. vers. 15.* Regale itaq; hoc jus vitæ & necis, ne honestati ac rationi adversetur, in gravioribus delictis, quæ jus divinum*

naturæ ac gentium impugnant, haud admittunt *Dan. Otode jur. publ. cap. 10. D. Limnaus de jur. public. lib. 4. cap. 8. num. 276. Quo cum consentit l. 3. C. de episc. aud. l. fin. C. de abolit.* Minimè remittenda crimina quæ Leges impugnant, quas absolutissima divini judicii æquitas sancivit; Minister enim Dei est Princeps, ut vindicet iram in eum, qui malè fecit. *Rom. 13. v. 4. Quare si dimittit virum morte dignum, hujus anima pro rei anima erit. 1. Reg. 20. Et sacrilegium committit, qui divinæ Legis sanctitatem aut nesciendo omittit, aut negligendo violat. l. 1. C. de sacril. Nec in præjudicium partis læsæ, remissio faciendæ a Principe; indulgentia enim ita conceditur, ut absque injuria cujusquam fiat, l. 2. §. 10. ff. ne quid in loc. publ. vel incommodo alterius, d. l. 2. §. 16. Nec enim patitur ratio juris, ut inde oriatur occasio injuriæ, unde jura nascuntur. l. 6. C. unde vi. Hinc offenso invito, Imperator bannitum absolvere nequit. O. C. part. 2. iii. 18. *Minsing. cent. 5. obf. 11. Gail. 2. de P. P. cap. 18. num. 16.* In Anglia, si à Rege alicui mortis venia facta sit, is tamen cujus interest, fontem vel in judicio Duodecim-virali deferre, vel cum ipso singulari certamine decertare potest. *T. Smith. de Rep. Anglor. cap. 3. lib. 3.* Aliquot tamen casibus Leges civiles publicæ utilitatis causa, immunitatem pœnæ indulgent: *D. D. Wachman. de privileg. conclus. 21. lit. c.* Ut pax firmetur post bella civilia, seditiosis si vitæ gratia concedatur, sapientis est principis; ut novo beneficio in officio contineat, maximè si ab universitate delictum commissum. Sic solemnitate Carolus VI Gall. Rex, Parisiensibus, motus ac seditiones condonavit. *Serres. 1. histor. pag. 485.* De seditiosis rusticis, vitæ ac famæ restitutus, vid. §. *Wb wiewol der gemeine Mann. R. J. anno 1526. Spir.* Maximè verò Princeps delicti gratiam facere debet in privatis injuriis; vera enim Clementia Regis, punire publicas injurias, remittere privatas; nunquam enim placet in Imperatore vindicta sui doloris, quæ etsi justior fuerit, acrior videtur. *l. un. C. si quis Imper. maledix. cap. 27. C. 23. quest. 4.* Ob lætiam publicam abolitio reorum fiebat, *l. 12. ff. ad SC. Turpill.* Uti Judæis, ob solemnitatem festi Paschatis, facinorosus quem elegissent, remittebatur. *Matth. 25. vers. 15. Anno 1540. cum Carolus V. Imperat. Galliam transfiret, Franciscus I. Rex, quò gratum adventum testaretur, ut captivos dimitteret, gratiâ ac remissionem, simili modo uti in proprio territorio, concederet, ipsi permisit. Serres. 2. hist. pag. 189.* In Anglia supremo supplicio damnatus, ad beneficium Cleri provocans, dummodo psalterium latinum legere possit, ac furtum absque violentia commissum, prima vice furcam effugit, inustâ tamen manui literâ T. & M. *T. Smith. de Republ. Anglor. lib. 2. cap. 26.* Ne nimis præceps sit sententia condemnatoria, per triginta dies suspensam voluere Imperatores fortunam ac sortem reorum. *l. 20. C. de pan.* Simili modo, ut exemplo fatisciat læsioni publicæ, melius post sententiam interponitur indulgentia, ut cum temperamento justitiæ ac misericordiæ procedatur. Quod sub Auspiciis Regni Britannici, prudenter factitasse tradunt, Jacobum Magnæ Brit. Regem, quum pœnam remitteret iis, qui vitæ ipsius insidiati fuerant. *P. Mathieu lib. 6. histor. narr. 5. Le Bret de la souveraineté. lib. 4. cap. 6. pag. 585.**

Pœna potest tolli, culpa perennis erit,

Pœta ait; quare per remissionem supplicii fama non restituitur: *l. 7. C. de sent. pass. pœnæ quidem gratiam facit Princeps, non verò tollit infamiam, l. ult. C. de gener. abol. quæ naturaliter crimina comitari solet. l. 5. 6. ff. de his qui not. infam.*

12. Legitimare.

Reipubl. quoniam interest, ingenuis hominibus repleri, *l. 1. ff. sol. matr.* in quibus non exstant paterni criminis exempla, *l. 5. §. 1. C. ad L. Ful. Majest.* Leges civiles, ut correctiōne quadam, ad meliorem vitæ ordinem à vago concubitu parentes reducerent, (quia per filii corpus periclitantur. *§. fin. Inst. de noxal. act.*) ex illegitimo coitu natos, non modò variis opprobriis appellarunt; nothos, spurios, vulgò quæsitos, obliquos: sed & patria potestate, *§. 12. Instit. de nupt. successione, §. 2. Instit. de hered. ab intest.* muneribus publicis, *l. 3. §. 2. ff. de decur.* dignitate familiæ, quia nec genus nec gentem habent, *§. 4. Instit. de success. cognat.* eos privarunt. Canonibus verò degene- res, ignobiles, furentes libidine, nec in bello fortes nec in fide stabiles, nec honorabiles hominibus, nec àmabiles Deo dicuntur. *cap. 10. Dist. 56. Quo- rum* rationem pluribus exquirat. *D. Limnaus lib. 6. jur. public. cap. 5. num. 57.* Veruntamen quum semen hominis, ex qualicumque homine, Dei creatura sit, *cap. 3. Dist. 56.* misericordiâ indigni non sunt, qui alieno laborant vitio, *l. 7. C. de nat. lib.* & beneficio Imperatoris, ingenuitati restituntur. *Nov. 74. cap. 2. Nov. 89. cap. 9. §. 1.* Quam potestatem jure sibi vindicat summus Prin- cept, ne ejus absque autoritate Status subditorum immutetur, *argum. l. 2. §. 1. ff. de adopt.* Hic itaque precibus Parentis, ac justa ratione permotus, legiti- mationem indulget, *l. 57. ff. de R. N.* etiam in præjudicium legitimorum. Ea enim suprema Principis potestas est, *l. 31. ff. de LL.* ut dummodo de scientia ac justa causa constet, supra ac contra Leges quid concedere possit, *argum. l. 13. §. 4. ff. ad SC. Trebell. l. 2. §. 16. ff. ne quid in loc. public. cap. 20. X. de elect. & secundum plenitudinem potestatis supra jus dispensare. cap. 4. X. de concess. prab.* Quare opus est, ut parens in legitimatiōne imperanda, mentionem legitimorum fecerit, indeque Princeps in legitimando hac utatur clausula; non obstante quod sint filii legitimi, ex plenitudine potestatis. *Gail. 2. obs. 142. num. 7. Consulti. D. D. Hoffmann. Præceptor ac fautor observandus, disp. de success. legitim. thes. 54.* Quis enim hanc potestatem summi Principis, jure oppugna- bit? cùm id contingat per oblationem curiæ, *Novell. 89. cap. 11. §. 1.* imò pa- rens adoptione legitimorum spes diminuere possit, *l. 5. l. 17. §. 3. ff. de adopt. ita ut cum naturalibus ante vel post quæsitis, parenti adoptivo succedant. l. 5. C. de suis & legit. hered.* Ethoc modo legitimati, à legitimis nihil distant. *Novell. 89. c. 9. §. 1.* Legitimato tamen parens non plus relinquere potest, quam legitimo naturali cui minimum dedit. *Novell. 89. cap. 3.* Et legitimatus testa- mentum fratris impugnare nequit ut inofficiosum, *Schneider. Instit. de inoff. testam. §. 1. num. 18.* neque aliis cognatis patris, ascendentibus, descendentibus vel collateralibus ab intestato succedit, nec illi ad istius vocantur successiō- nem, *Novell. 89. cap. 4.* nisi consenserint legitimatiōni. *D. D. Hoffmann. disp. de success. legitim. thes. 120.* Per rescriptum etiam legitimati, ad successiōnem feu- di non admittuntur, *2. Feud. 26. §. naturales;* nisi nominatim rescripto conti- neatur, eos legitimari, non obstante hoc capitulo naturales, *Gothofr. ad d. §. 2. Feud. 26. Minsing. 5. obs. 42. num. 6. Gail. 2. observ. 141. num. 8. Vultej. de Feud. lib. 1. cap. 9. num. 93.* Sed etiam cum clausula hac legitimati succedunt in feudo novo, non verò antiquo, quod alias fieret in præjudicium agnato- rum. *l. 2. §. 4. ff. de nat. restit. D. D. Hoffmann. disp. de success. legitim. thes. 58.* Prin- cipem tamen ex potestate extraordinaria, si justa & legitima sub sit causa, atque Reipubl. utilitas ac necessitas hoc flagitent, naturalem in præjudicium agna-

torum legitimare posse, tradunt *Fachin. 8. controvers. 63. Wurmser. in nucl. jur. controvers. disput. 12. thes. 4.* Principem verò hoc posse equidem, sed non debere facere, statuit *Gail. 2. observ. 141. num. 20.* In Gallia, spurii nobilium à Rege legitimati, pro ignobilibus habentur, & tallis plebeiorum subiacent, nisi ob bene merita, expressè jura nobilitatis obtineant. *Le Brest de la souveraineté. lib. 2. jur. publ. cap. 9. pag. 243.* Legitimatio, juxta Baldum Alchimia similis est, quæ facit quidem apparere quod non est, transmutare tamen unam speciem in aliam non potest; *cap. 12. §. quisquis ergo. C. 26. quæst. 5.* Sic legitimatus gerit figuram legitimi, non tamen habet eandem in substantia. *Gail. 2. observ. 141. num. 19.* Inde legitimatus ad dignitates, Regiæ successio- nis jus acquisivisse, non censetur *arg. cap. 8. X. de rescript. c. fin. X. de præbend. cap. 16. in 6. eod. Resold. in delib. jur. ex lib. 1. pand. p. 74.* Imò Imperatorem vel Pontificem, filium Regis in præjudicium legitimorum, legitimare non posse; tradunt *Dd. apud D. D. Buxtorff. ad A. B. conclus. 85. lit. c.* Et nobilitas verè Regii generis, magis reverendos efficit Reges. *Grotius de jur. bull. pac. lib. 2. cap. 7. n. 16.* Ita superiori seculo, Antonium Priorem Cratensem, Sebastiano ultimo Rege Portugaliæ extincto, ad successionem Regni, legitimari haud posse, Jcti Lusitani respondere. *Cluten. in syllog. rer. quot. th. 8. lit. f.* Et quamvis hæc causa legitimationis, ad Consistorium Romanum devoluta esset, Philippus atamen 2. Hispan. Rex, viribus & potentiâ superior, quique nul- lum sub cælis judicem suum constitui posse asserbat, demum obtinuit; *Vid. l'histoire d'Aubigne tom. 2. lib. 4. cap. 20.* Imperiali etiam rescripto legitimati, ad Ecclesiasticas dignitates, invito Pontifice non admittuntur: *c. 13. X. qui fil. sint legit. nemo enim jurisdictionem exercere potest, in iis, qui jurisdi- ctionis alienæ sunt. l. un. C. qui pro sua jurisd. jud. dar. post. l. 5. C. qui dar. tut. l. 6. C. de jurisd. omn. jud. Resold. in delib. jur. ex lib. 1. pand. pag. 74.*

13. Famæ restituere.

Non aboletur turpitudò quæ postea intermissa est, *l. 43. §. 4. ff. R. N.* adeoque macula sine præfinitione temporis aspersa perdurat, nisi à Principe remissa sit; & notatus in integrum, h. e. honoribus, ordini & cæteris omni- bus restituatur. *l. 1. C. de sent. pass. & rest.* Quam potestatem universaliter sum- mus Princeps exercet in Imperio; populus qui superiorem non recognoscit in sua ditione; *Wesembec. paratit. ff. de his qui not. infam. n. 8.* Princeps infe- rior in territorio suo, civitas quoad statutus suis imminuta fama: *arg. l. 1. §. 10. ff. de postul. Restitutio verò fit vel verbis disertis, ut l. 1. C. de sent. pass. rest. vel factis: 1. uti si infamis ad dignitatem & officia promoveatur. l. 23. §. 4. C. de nupt. arg. l. 57. ff. de re jud. 2. si supra caput militis diffamati, in præsentia commilitonum, vexillum in gyrum ducatur. D. *Limneus lib. 4. jur. publ. cap. 8. num. 304.* Hac verò restitutione, licet effectus infamiæ inhiberi possit (siquidem restitutus per omnia pristinum statum recipit, §. 1. *Inst. quib. mod. jus patr. pot. solv.*) litura tamen semper exstat, & facti ignominia (quæ apud bonos & honestos viros gravat, *l. 13. C. ex quib. caus. infam. irrog.*) permanet. *Resold. part. 3. Consil. 117. n. 28.**

14. Veniam ætatis concedere.

Familia hoc beneficium apud Romanos fuit, si cui esset virtutis celerior cursus, quam ætatis. Neronem è liberis Germanici jam ingressum juven- tam, Tiberius commendavit Patribus, ut quinquennio maturius quam per leges

leges quaesturam peteret, postulavit. *Tacit. 3. annal.* Minores itaque, (mares quidem post 20. annum, foeminae ab aetatis 18. anno exacto, secundum jus civile) si probentur esse frugi ac prudentes, ut rem suam veluti majores administrare possint, veniam aetatis Imperiali auxilio obtinent, *l. 2. 3. C. de his qui ven. aet.* adeo ut sic habilitati pro majoribus habeantur, *l. 10. C. de appell. nec ob laesionem restituantur*; *l. 1. C. de his qui ven. aet.* quamvis immobilia absque decreto alienare vel oppignorare non possint, *l. fin. C. si maj fact. alien.* qua in parte similis est conditio minorum omnium, *l. 3. C. de his qui ven. aet.* nisi concessione principali alienatio permittatur, *l. 2. C. quand. decret. op. non est.* vel parentis & testatoris mandato fiat, ex cujus bonis ad minorem pervenit. *l. 1. 3. C. quand. decret. op. non est.* Hanc vero potestatem, veniam aetatis concedendam, licet Statibus Imperii etiam communicarint in ditionibus suis, in Imperatore tamen eò augustior est, quo purior ut à fonte; eò amplior, quo latius se extendit; eò dignior, quòd veniam aetatis illustrioribus etiam concedit; uti multis exemplis probat *D. Limn. lib. 2. jur. publ. c. 9. n. 150.*

XV.

Imperator quam accepit potestatem *a]* majestatis absque diminutione *b]* Statibus Imperii, vel in partem gubernationis concedit *c]* juraque superioritatis & Regalia *d]* privilegio *e]* vel praescriptione possessa *f]* aut infeudatione tradita *g]* gratiosè permittit. *h]*

a] Suprema majestas Imperatoris immediate à Deo est, *Rom. 13. vers. 1. Noy. 28. cap. 4. in fin. Vid. text. D. Limn. lib. 4. jur. publ. cap. 6. n. 19. 23.* modi verò eam consequendi, sine dubio humani sunt. Matthiae Apostoli vocatio procul dubio immediate à DEO erat, fors tamen interveniebat, uti & in electione Saulis. *1. Sam. 10. Actor. 1. vers. 26.* Pontifex à Cardinalibus eligitur, potestatem autem suam immediate DEO acceptam refert. *Cluten. in syllog. rer. quotid. thes. 4. lit. e.* Sic Majestas Imperii per Electores ut causam instrumentalem in Imperatorem transfertur, qui per se ejus causa non sunt. Non fœcus, ut in generatione hominis, quia anima infunditur à solo DEO, & tamen pater generans disponendo materiam, est causa conjunctionis animæ cum corpore, dicitur homo generare hominem; non verò producere animam hominis. *Besold. de Majest. in gener. cap. 2.* *b]* Non enim suprema Majestas ea largitione transfertur, sed exercitium jurium regalium. Quod concessum, salva superioritate, ut solita servitia exhibeantur; *text. in const. de pac. Const. vers. hoc quod nos.* publica enim jura non intèrverti constat *l. 5. §. fin. ff. de cap. min.* Indeque à communicatione regalium, ad regiam & absolutam potestatem, vanam & futilem illationem esse, censet *Paumest. 2. de jurisd. cap. 4. num. 69.* Directum proinde Imperium quæque Imperatori, in signum superioritatis concessa, Cæsari reservantur; quæ verò in vim singularis privilegii eidem attributa, utiliter communicantur. *T. Michæl. de jurisd. th. 24.* Concessa etiam potestate, major insuper manet penes concedentem. *cap. 14. vers. nos igitur. X. de præbend.* Suprema enim jurisdictio velut mare, concursu

fluminum, neque augetur, neque minuitur. *Paurmeister. 2. de jurisd. lib. 2. cap. 4. num. 23.* In regimine assumpsit proceres Imperator in partem sollicitudinis non plenitudinem potestatis; *arg. c. 12. C. 2. q. 6.* sed circumfident solem suum, tanquam radiantia lumina, & per singulos orbes sigillatim dispersa. *D. D. Reinking. lib. 1. reg. sec. class. 5. cap. 6. num. 46.* Pharao Rex, Josepho supremam potestatem in regno Ægypti communicavit, reservata sibi Mestate regii solii. *Gen. 40. vers. 41. 43.* Et hanc præminentiam Imperatoris reservatam, probat concurrentia, quam Imperator in quibusdam, cum statibus habet in territoriis suis, ut sunt evocationes subditorum, quæ fiunt testimonii sive litis causa; ut & monitoria ac proscriptiones quæ affiguntur, Dominis territorii non requisitis. *Gail. 1. observ. 98. num. 2. D. Limneus lib. 4. jur. publ. cap. 8. n. 184.* Inde etiam, in omni juramento quod inferioribus Ordinibus præstatur, semper reservatur Imperatoris & Imperii, tanquam superioris autoritas. §. *Und sollen die jenigen. N. U. anno 1555. c]* Olim ubi non jus, sed exercitium juris, Principibus permittebatur; nec ut nunc provincia patrimonii, sed muneris & administrationis nomina erat *Besold. de Maj. in gen. cap. 5.* Sed quia majorem curam, teste *Veget. lib. 2. cap. 20.* homines habent ejus rei, in quâ suam positam norunt substantiam: Maluerunt propterea Cæsares, proceribus suis hæreditaria jura ac rura concedere, quam omnia retinendo de summa Imperii semper periclitari; consultiorem existimantes hanc rationem, propagationi ac conservationi Reip. quam priorem orientalis Imperii administrationem, per præsides & prætores precarios, *D. D. Reinking. lib. 1. reg. sec. class. 4. cap. 16. n. 13.* Facti itaque sunt Principes, magistratus ordinarii ac perpetui, eorundemque dignitas ad hæredes transitoria est. Quamvis verò propriè dicendo, nullus nisi supremus Princeps, proprio jure jurisdictionem habeat, *arg. l. 3. §. 2. ff. de usufr. l. 13. ff. de A. R. D.* Proceres tamen, suo jure jurisdictionem habere dicuntur, quia habent eam ex jure, quod principaliter fundatur & radicatur in persona sua, uti habet quilibet ordinarius; Non quidem personæ per se, sed respectu officii, magistratus personæ annexi. Proprium verò, quia & id dicitur quod perpetuum ac stabile est:

----- *propria hæc si dona fuissent. Verg. 7. Æneid.*

Status Imperii jure proprio jurisdictionem habere dicuntur, quia territoriis adhæret, quæ irrevocabiliter ab Imperatore habent, in iisque liberè jurisdictionem exercent, sub fiducia attamen Imperii. *Besold. de Majest. in gen. cap. 5.* Uti rata habet Imperator consensu suo, quæ successione paterna, & hæreditario justo titulo acquisivè Status. *A. B. c. 7. §. 2. c. 25. §. fin.* Sic hodie territoria ab Ecclesiasticis capitulo, & à secularibus, hæreditibus transmittuntur. *D. D. Wachmann. de privileg. concl. 7. lit. d. d]* Quamvis jura superioritatis ac regalia ex usu Germaniæ commisceri soleant, differunt tamen ut totum & pars; illa, tam majora quam minora regalia complectuntur, hæc verò qui habet, præter expressè concessa & præscripta nil amplius sibi vindicat. *Wurmser. exerc. 3. jur. publ. thes. 7.* Sub omnimoda etiam jurisdictione non continentur regalia, sed specialem concessionem requirunt; ob signum privilegii singularis, Imperatori reservati. *arg. l. 6. ff. de pignor. c. 1. pr. 2. Feud. 51. c. 4. X. de off. leg.* Differunt verò regalia à commoditatibus, quæ inde percipiuntur; uti & privati merè, publica redimunt, unde publicani dicti, *l. 16. ff. de P. S. qui publico fruuntur. l. 1. §. 1. ff. de publican. t. i. ff. de loc. publ. fruend.*

e] Ea quæ Principi competunt, inferioribus communicare, & in privilegium concedere, summa Majestas haud renuit. *c. 26. X. de V. S. l. 2. 3. C. vestig. nov. inf.* Inde haben die Ständ ihr Gnaden, Privilegien / vnd Recht vom Reich. §. Darauß beselzen wir iii. Handthbung Friedens-Ordnung des Landtfriedens. *Worm. Anno 1521.* Quæ privilegia duplicis generis dicuntur, nimirum lege ipsa, Aureâ Bullâ, aliisque constitutionibus Imperialibus; vel sine lege concessa. *Sixin. 1. de regal. cap. 5. n. 6.* Sæpius verò in Constit. Imperii, nomine Freyheit vel privilegii, regalia significantur, ut Münn-freyheit / §. Desgleichen. *segg. Edict. monet. anno 1559.* §. Wu ordnen vnd wollen. *R. F. anno 1566.* f] Consuetudine enim præscribuntur regalia, *c. 26. X. de V. S.* temporis scilicet immemorialis, vel centum annorum. *Schneider v. in Inst. de I. N. G. C. §. 9. num. 5. not. g. Vid. elegant. super l. 4. C. de præscr. 30. annor. Le Bret. de la souveraineté du Roy. lib. 3. cap. 2. pag. 339.* Hoc enim tempus habet vim privilegii vel specialis concessionis. *l. 3. §. 4. ff. de aqu. quot. ass. l. 1. §. fin. ff. de aqu. plu. arc. §. Wann auch ein ansezo gener. R. F. anno 1548. Arnisaus 2. de Republ. cap. 6. sect. 5. num. 68.* Uti in generali possessione, tantum intelligitur præscriptum, quantum possessum. *Wesembec. paratit. ff. de jurisd. num. 12.* Nec enim amissum intelligitur, quod ablatum alteri non est. *l. 20. ff. ex quib. caus. major.* Præscribens verò regalia, ea non habet ut Majestatem, (superioritati enim non præscribitur in æternum, *arg. c. 5. X. de consuet. c. 8. Dist. 93.*) sed ut privilegia perpetua. Et hæc præscriptio haud differt ab investitura, nisi ut non possit ad Imperatorem redire morte. *Besold. de jur. Maj. cap. num. 1.* Quæ tamen præscriptio regalium, quoniam stricti juris est, unâ specie præscriptâ, ad aliam non extenditur, *arg. l. 1. §. 4. ff. de iun. act. priv. Vulvej. 1. de feud. cap. 9. num. 21. g]* Feudum Regale, in hæredem olim non transibat, nisi id per investituram ab Imperatore acquisitum. *1. Feud. 14. pr. quod consuetudine postea immutata. 1. Feud. 13. in fin.* Infeudationem verò Principes, intra præscriptum terminum, debitâ cum reverentiâ, expetere coguntur: *D. Limnaus lib. 4. cap. 7. pr.* Quâ quia fidelitas & superioritas reservatur, *vers. quomodo 2. Feud. 23.* ejus investitura devotionis ac recognitionis signum est. *T. Michael. de jurisd. ih. 25.* Imperii Status verò non solum feudi nomine, sed & personæ obligantur ratione, ac Imperii Vasalli ligii censentur. *Rosenthal. de feud. cap. 5. concl. 13.* Quare & appellantur ab Imperatore, *vnser vnd des Reichs Vnderthanen / ic. Wey den Eyden vnd Pflichten / die ihr vns von des Reichs wegen insonderheit gethan.* §. Darauß beselzen Wir. Ordnung des Landtfriedens. *anno 1521.* Jurant propterea, dem Römischen Kâiser / vnd dem Reich / treu / hold vnd gehorsam zu seyn. Formulam juramenti, quo obstringuntur Principes investiendi, refert *Besold. de Republ. subalt. cap. 3. num. 2.* Et quæ per infeudationem ita concessa, ne quidem ex plenitudine potestatis revocari possunt, *T. Michael. de jurisd. ihes. 135.* Optimatibus etiam inveteratis jam rebus, velle potentiam extorquere, intemptivum ac inane facinus, tot vindicibus dignitatum, in communis decoris securitatem coituris, & consensu eorum qui potentiam tradidère, tum possessione & tempore munitis; *Euphormio in icon. anim. cap. 5.* Hinc non inauditâ causâ, sed secundum confit. Imperii, ac modum legitimi processus, de banno, ac feloniam commissa, judicare se velle jurant *Capitul. Ferd. II. Imp. art. 26. 29. 39. Arnisaus 2. de Republ. cap. 6. sect. 5. num. 125. Vid. sup. ihes. 12. num. 2. lit. c. h]* Ita enim cavent Capitulatione sua; *Den Ständen ihre Regatta vnd Obrigkeit / Freyheiten / Privilegien / Pfandschafften vnd Berechtigkeiten / auch gebrauch vnd gute gewonheiten / so sie bisshero gehabt haben / oder in übung gewesen seyn / ohn alle weigerung zu confirmieren*

firmiren und zu bestättigen. *Capitul. Ferd. II. Imp. art. 3. Ampliatum hoc nuperâ Capitulatione Ferdinandi III. Imp. art. 28. Daß J. R. M. die Eurfürsten vnd Stände des Reichs/ mit ihren angehörigen Lehen/sie sehen auch geteigen wo sie wollen/waß derselben Vasallen vnd Bndertanen solche/ex crimine læxæ Majestatis, oder sonsten verwürckt/ nach ihren willen schalten vnd walten lassen/ teines wegs aber dieselbe zum Käiser. Fisco einziehen/nach ihnen vorige oder andere Vasallen auffbringen; gleiches gestalt die allodial Güther/ so vorgesezter massen ex crimine læxæ Majestatis, oder sonsten verwürckt/ vnd in deren Ehur: Fürsten vnd Ständ/ so mit den juribus fisci belehnet/oder dieselbe sonsten beständig hergebracht / Landen gelegen /nie einziehen/ sondern die Lands-Obrietheiten oder Dominosterritorii, mit deren confiscirung/ ohn einige hinderung gebähren lassen wollen. Inferior verò qui de facto, & per se, tali superioritate utitur, crimen læxæ Majestatis committit. *M. Stephan. de jurid. part. 1. lib. 2. cap. 7. num. 23. seqq.**

XVI.

Hinc vulgatum illud Dd. Quod quilibet Princeps in suo territorio Imperator.

Vi dignitatum Imperialium, quilibet Princeps vel Status Imperii, id potest in suo territorio, quod Imperator in Imperio universo. Ordines enim de jurisdictione perpetuâ investiti, consequenter vicarii Imperatoris, in terris suis facti sunt. *Gail. 1. de P. P. cap. 6. num. 10. Unde Dd. inferunt, quod isti Duces nihil differant ab Imperatore, nisi ambitu minoris circuli, sicut scapha differt à navi. Rodolfin. de Duc. Ital. num. 151. Et dicuntur quasi Reges; ex quo fit, ut superveniente Imperatore, eorum jurisdictione non cesset, post Coler. de process. execut. p. 2. cap. 1. n. 160. Bachov. volum. 1. disput. 3. thes. 6. lit. e. Hinc Statibus Imperii Majestatem quidam tribuunt, quod tamen intelligendum, de usu & effectu Majestatis, *Besold. 1. politic. 4. num. 59.* cum ea jura ex receptione in Statum, ut in Imperatore ex Majestate proveniant; quod enim ille ex Majestate, hi ex superioritate possunt. *Dapp. de civit. Germ. cap. 6. num. 7.* In hos etiam crimen Majestatis, licet non eadem gravitate poenæ puniendum, committitur; Post *alleg. Dd. Bachov. volum. 1. disput. 23. ib. 1. lit. c.* Principes insuper, gratiæ Dei, dignitatem suam acceptam ferunt, ac dicuntur; Von Gottes Gnaden / quemadmodum Ecclesiastici; Von Gottes Verhängnuß / in literis ac edictis suis rescribunt. Qui titulus licet revera supremis Principibus competat, qui superiores non recognoscunt, nisi Deum & enssem, *Rodolfin. de Ducib. Ital. num. 84.* ob summam tamen libertatem, quâ fruuntur Germaniæ Principes, patientiâ Imperatoris, ac privilegio temporis, hunc titulum sibi acquisivere. *Besold. de jur. Majest. cap. 2. n. 6. D. Limnaeus lib. 4. jur. public. cap. 9. num. 29. Speidel. notab. jurid. lit. G. iit. 43.* Sed sicut Sol, minorâ sidera omnia per se satis lucida, majori suo lumine offuscat & abscondit, ita Procures Imperii, fasces dignitatis suæ, Imperatoriæ Majestati submittere æquum est. *D. D. Reinking. reg. sec. lib. 1. class. 5. cap. 6. n. 47.* Norunt hæc stellæ Imperii cui Soli lumen suum debeant, ne caliginem faciant orbi *Barclai in Argen. lib. 3.* Cum distinctione itaque admittendum, superioris axioma; Quod verum 1. quoad jura territorialia ac regalia, non universalia ac reservata Imperialia; alia enim superioritas Imperialis ac absoluta, quæ in universali totius Imperii jurisdictione fundata; alia superioritas territorialis, quæ alicujus districtibus limitibus restricta est. 2. quoad jurisdictionem*

dictionem ordinariam & omnimodam; non quoad absolutam & supra Leges civiles constitutam Majestatem. 3. respectivè quoad privilegia concessa, non absolutè vel simpliciter. Unde captionem hanc esse ex parte ad infinitum, quà id quod secundùm quid rectè dicitur, in totum pronunciatum accipitur: ait *Paurmeister. 2. de jurisd. cap. ultim. n. 38.* 4. quoad similitudinem juris in suo, non quoad paritatè potestatis in universo. *Vid. D. D. Reink. lib. 1. reg. sec. class. 5. c. 6. n. 129. D. Limnaeus lib. 4. jur. publ. c. 8. n. 6.* Similiter Canonistæ solenne illud habent; quod Episcopus tantùm possit in sua diocesi, quantum Papa in tota Ecclesia. Quod verùm, 1. cum dependentia & subordinatione ad Papam. *cap. 12. C. 2. quæst. 6.* 2. ratione communis ac ordinariæ gubernationis, majoribusque causis exclusis, quæ summæ sedi, in signum specialis privilegii, reservatæ sunt. *c. 2. X. de transtat. Episcop. cap. 7. C. 3. quæst. 6. c. 3. X. de baptisim. Vorburg. in explan. juris diff. canon. §. 8.* Ratione itaque superioritatis vel prisca libertatis, jura etiam singularia possident Status Imperii:

1. In provinciis suis atque districtibus, Superioritatem territorialem obtinent.

Quid sit superioritas territorialis *vid. D. Limnaeus lib. 4. jur. public. cap. 8. num. 183.* Quæ verò jura territorialia, *Idem d. l. num. 207.* Actus ejus in Ecclesiasticos ac seculares distribuit, *Dapp. de jur. civitat. German. cap. 6. num. 22. Mingius de super. terris. cap. 5.* Accuratè quidem loquendo, in territoriis jure, jura Majestatis haud consistunt: *Besold. de Majest. in gen. cap. 1.* attamen quod in absolutis Regnis, Majestas; hoc ferè jus territoriale statibus permittit, *Idem de Republ. subaltern. cap. 3. num. 1.* talem enim obtinent in districtibus suis potestatem, quam Imperator ante concessionem istam habuit, vel habiturus esset Statibus deficientibus, universali superioritate solummodo excepta. Ex hac verò sublimitate, multa realia Principum jura emanant, quæ non minùs absque territorio subsistunt, quàm servitus prædialis absque fundo dominante. §. 3. *Instit. de servit.* Secus est in personalibus juribus, quorum respectu quis dicitur Princeps, Dux, &c. quæ absque realibus consistunt, nec enim omnes qui Principes sunt, jura territorii habent. Superioritas hæc territorialis etiam civitatibus immediatis competit, *D. Limnaeus lib. 7. cap. 1. num. 50.* Et quamvis rem concedant, nomen verò *Landesfürstliche Obrigkeit* multi civitatibus denegent; Vis tamen non faciendâ in nomine, sed in qualitate regiminis ac potestatis; *Rodolfin. de Duc. Ital. num. 250.* nec nomen civitatibus incongruè attribuitur; id ipsum enim non mutuatur, ab exerceatè & tenente, sed à concedente; & jus Principale à Principis supremi jure dicitur, quod penes unum vel plures æquale est. *Besold. de jur. civit. Imper. n. 9. II. Bidembach. quæst. 1.*

2. Liberum votum in Comitibus habent.

Nihil præsidii eâ in Republ. in quâ elinguis curia, ubi judicia vineta, vota ligata, & dicere, quod velles periculosum, quod nolles miserum est. Status Imperii, qui dicuntur *engeteibte Glieder des 5. Reichs.* R. J. anno 1541. pr. ut corpus salvum ac incolume sit, non modò sessionem sed & votum liberum in comitiis habent; *Und pflegen alle vnd jede Articul mit der Stände guten wissen / willen vnd rath / nicht allein vorgenommen / sondern auch beschloffen werden.* §. *Und wie die erscheinende Fürsten,* R. J. anno 1603. Inde si status aded exiguo numero sit

stant, ut res arduæ expediri nequeant, in alium conventum, capita deliberationis remittuntur. §. Wir haben Uns auch. §. Diweil Wir auch. R. J. an. 1446. Imò si certum aliquid statuât Cæsar, Legatis Ordinum fas non est, ea recipere & fines mandati excedere, usque dum cum Statib. conveniat Imperator. §. Uns sich aber darauff R. J. Erford. an. 1567. Principes verò in persona adeste debent, §. Wnd seynd auff Tischen. R. J. anno 1545. nisi justam absentia excusationem probent. Civitates per Legatos semper comparent. §. Diweil Wir aber. R. J. an. 1546. §. Es sollen auch die Churfürsten. R. J. an. 1512. Quæ civitates Imperiales, in comitiis non modò consultandi sed & suffragandi jus habent. *Besold. de jur. civil. Imp. num. 7. D. Limæus lib. 7. jur. publ. cap. 1. num. 47. Wurmser. exerc. 7. jur. publ. ih. 5.*

3. Inter se & cum exteris fœdera ineunt.

Regulariter omnes confœderationes, jure prohibentur; *t. i. ff. de colleg. & corpor. uti illicita & tumultuosa conventicula, l. 15. C. de episc. cleric. l. 5. C. de his qui ad Eccles. t. i. C. de seditios. quæ in civitatibus occasione parentelæ fiunt, cassantur, §. 2. Const. Frider. de pac. sen. 2. Feud. 53.* Omnes enim conspirationes Legibus prohibitæ sunt, excipiuntur verò confœderationes, quas Principes & civitates, ac alii super generali pace provinciarum, atque terrarum, inter se formarunt. *A. B. cap. 15. Qui dicuntur Freunde vnd Helfer. O. C. part. 2. tit. 9.* Unitæ enim virtus fortior est, ac terribilior hosti, dum verò singuli pugnant, vincuntur universi; contra singulorum pericula, mutuis viribus propulsantur. *Justin. lib. 34. histor. Quibus itaque Imperialis Majestas permisit, t. ultim. in fin. C. de LL. vel inter se, vel cum aliis, licitè fœdera ineunt.* Nec iæ ejusmodi confœderatione expressus consensus summi Principis requiritur, dummodo pro patriæ ac libertatis defensione, absque alterius offensione suscipiatur: quia enim de rebus licitis, ac Imperio utilibus, fœdera ista perficiuntur, non opus precibus impetrare, quod jure competit. *l. un. C. de thesaur. Licet Status in fœderibus etiam licitis, confirmationem Cæsaris expendant, (validi enim adhuc datur confirmatio, c. 13. X. de privileg.) ac Imperatori finem confœderationis suæ quandoque probent, sinistrum ut evitent judicium. Ipsas verò conventionis tabulas integras exhibere, opus non habent: uti nec regulariter exhibere integrum est: D. Limæus lib. 4. de jur. public. c. 8. num. 25. maxime ubi offensiva sunt fœdera, quæ occulta manere interest. Besold. de fæder. cap. 6. num. 10.* In omni verò legitimo fœdere, tacitè vel expresse excepta est Majestas Imperatoris ac Imperii. *Mysing. cent. 6. observ. 2.* Uti constitutum In Handhabung des Landfriedens. anno 1495. *Das die Stånd des Reichs kein Bündnuß oder Einigung / mit fremden Nationen / oder Gwaidten machen die dem Reich zu nachtheil / schaden oder zu wider seyn möchten.* Et Landrecht. Lib. 2. artic. 1. *Wo Fürsten vnd Herren mit Eyden zusammen schweeren / sie schewden dann / dem Keyser vnd das Reich drauß / so haben sie wider das Reich gehandlet. D. D. Remig. Fesch. de fæd. concl. 17. l. v. e.* Omnia fœdera Regum Galliæ, cum Principibus S. R. I. inita, contra omnes fuere Imper. & Reg. Rom. exceptis. *D. D. Remig. Fesch. de fæder. conclus. 6. lit. b.* Exempla fœderum, Principum ac civitatum, inter se vel cum aliis pactorum, producit *Besold. de jur. fæder. cap. 3. ih. 8.* Sic Constitut. Imperii probatum fœdus illud Principum, quo suppressa rusti-
corum seditio. §. Wnd als im Abschied. R. J. anno. 1529. Inclyt. civitatum Han-
seaticarum (quæ pacificatione Vervinensi, novo etymo appellantur: *Les villes maritimes selon les anciennes alliances. Serres. 2. hist. p. 745.*) celeberrimum fœdus,

Fœdus, licitum ac Imperii LL. permissum docent D. D. Remig. Fesch. de fœder. conclus. 9. lit. c. Besold. de jur. fœd. cap. 3. num. 1. D. Limnæus lib. 17. jur. publ. c. 1. n. 79. Wurms. exerc. 8. jur. publ. ihel. 5.

4. Exterorum patrociniū licitè subeunt.

Jus Patronatus nullam advocato in clientes jurisdictionem tribuit, cap. 8. X. de privileg. Schuz vnd Schirm gibt kein Obrigkeit; nec clientes dicuntur, Schuz vnderthanen/ sondern Schuz vnd Schirms-verwandten. D. D. Remig. Fesch. de fœder. conclus. 23. lit. e. Neque patroni dicuntur Landsfürstliche Obrigkeit/ sed Obriste Schirmherren/ Joh. Bruning. de homag. cap. 1. num. 13. Uti nec auxiliarii milites mercenarii, idè Reipubl. Domini sunt, quod stipendio ad auxilium & protectionem ejus advocantur. P. Greg. de Republic. l. 11. cap. 11. num. 6. Quare protectio, superioris jurisdictioni haud eximit, cap. 18. X. de privileg. sed clientes sub ordinariâ jurisdictione, sui magistratus remanent; Gail. 2. observ. 54. adeo licet ex pacto vel usu, jurisdictione advocato accedat, utique illud fit absque præjudicio tertii, jura superioritatis habentis, nec consentientis Dn. D. Bernhard. Geræus 2. conclus. 54. Sub protectione enim esse, est sub defensione facti absque injuriis atque violentiis esse. D. D. Reinking. lib. 1. reg. sec. class. 5. cap. 3. num. 28. Clientes itaque vel retinent omnino jurisdictionem, si liberi sunt; vel manent sub jurisdictione ordinariâ, sui magistratus, eidemque ut antea debito modo parere debent. Besold. de fœder. c. 5. n. 12. Nec generali protectioni Cæsareæ, specialis advocatia præjudicat; sic speciali privilegio: Electori Palatino, Ist in ettichen Gegenden des Rheinstroms vnd Land zu Francken/ Das Kestler-handwerk vnd Kestler/ zu schützen vnd schirmen besohlen/ daher auch in genere & specie, denselben Kestlern Schirmbrieff ertheillet. Wehner. pract. observat. verb. Schirmbrieff. D. Limnæus lib. 3. jur. public. cap. 9. num. 83. Dapp de civit. German. cap. 5. in fin. Uti contrâ, privatus Principi subditus, cujus sub tutela vivit, specialem adhuc Imperatoris protectionem obtinere potest. Gail. 2. obs. 54. n. 7. Et æquissimâ ratione, Ordines ad exterorum subsidia convolant, quando eos Imperator defendere non vult, aut ob absentiam, impotentiam, aliasq; causas protegere nequit. D. D. Reinking. lib. 1. reg. sec. class. 5. cap. 3. num. 53. D. Limnæus lib. 4. jur. publ. cap. 8. num. 75. Defensionem enim quæ juris naturalis, l. 3. ff. de J. J. quoniam non præstat subditis, omnis sanè honesta ratio est, expediendæ salutis; adeoque nihil impedit, quo minus indefensi & derelicti alium quarant protectorem; cum ferè nec suum quis dicere possit, quem pereuntem contempsit. l. 2. C. de infant. expos. Quæ tamen facultas advocandi protectores, ad privatos temerè extendenda non est; ne subditorum opes, ex eo quod pro advocatia exsolvi solet, imminuantur; dominorum verò autoritas ex nova protectione vilescat; illique temerario ausu, magistratui legitimo sese opponant. Patrociniū enim præstari non debet, adversus dominum. l. 2. C. ut nem. ad suum patroc. lib. 11. Et omni jure prohibitum, ut nemo potentiorum patrociniū advocet; t. 2. C. ne lic. pot. Idq; confirmatur novissimis Imperii Constitutionibus, ne quis subbeat protectionem alterius Status, contra Magistratus, néve recipiantur clientes, §. Wir auch. R. J. an. 1529. §. Vnd damit tm H. Reich. R. J. anno 1541. nisi qui id jure suo habent, ut patronos sibi advocare possint. §. Doch soll tein. R. J. an. 1544.

XVII.

Inter Principes S. R. I. licet dignitatis ac Ordinis

quædam prærogativa sit, quo ad Statum libertatis at-
tamen, eorundem ferè jurium immunitate gaudent.

Principum nomen in actis Imperii varias significaciones habet. Specialis-
simè tribuitur Imperatori ac Regibus. *l. 31. ff. de LL. 1. 1. ff. C. de confi. Princ.*
§. 6. Inst. de J. N. G. C. cap. 1. princ. 1. Feud. 7. cap. 1. 2. Feud. 10. Angustâ signifi-
cacione ad eos extenditur, qui Principibus dignitate æquales, *Churfürsten/
Fürsten vnd Fürstenmäßige. O. C. part. 2. tit. 3. Paurmeister. lib. 2. de jurisd. cap. 9.*
num. 7. In specie dicuntur Principes Anhaltini, ac alii in Imperio, quos vide
ap. D. Limnaum lib. 4. cap. 2. num. 6. Generaliter verò Principes dicuntur,
omnes majorem regalem dignitatem habentes; *c. 1. princ. verb. principibus.*
*2. Feud. 55. exceptis civitatibus, unde hæc congregatio dicitur Der Fürsten-
Rath Commentator juris Saxonici Landrecht. lib. 3. artic. 58. in genere distin-
guit inter Reichs-Fürsten vnd schlechte Fürsten. Paurmeister. lib. 2. de jurisd. cap. 9.*
num. 8. Posterioris generis dicuntur, Principes Silesiaci, ac alii, quos refert
*Paurmeister d. l. qui non modò, ad comitia non vocantur, sed licet dignita-
tem ab Imperio, feuda tamen ab alio Principe possident; imò nec pleno ju-
re superioritatis ac territoriali gaudent. Besold. de jur. Imper. civit. n. 9.* In ge-
nere verò quamam dignitas ac potestas Principum S. R. I. sit, latè tradit
*Paurmeister lib. 2. de jurisd. cap. 9. per tot. Hosce reliquis Principibus alio-
rum Imperiorum, imò ipsis Principibus Regiæ familiæ in Gallia, sive respici-
as libertatem, sive sanguinem, sive successionem, præfert D. Limnaus lib. 5.*
jur. publ. cap. 1. num. 10. 13. Ratione qualitatis & functionis, Principes sunt vel
Ecclesiastici vel Laici. Primum locum inter Principes obtinent Electores.
Insignis horum præ eminentia est, nec modò Imperatorem, caput Reipubl.
Christianæ eligunt; sed & eundem, pro libertate Imperii conservandâ, ex
formula præscripta obstringunt. Ad eosdem etiam, violentiâ oppressi re-
currunt, ipsique tanquam vindices libertatis ac justitiæ, querelas de oppres-
sione ac violatione jurium Imperii recipiunt. *Cluten. in syllog. rer. quotid. 1b. 2. 4.*
lit. e. Conventus quapropter inter se agitare possunt, *Churfürsten: vnd Colles-
gial-tag* quos minime sese impedituros jurant Cæsares, *Capitul. Ferdin. II. Imp.*
art. 4. Quare rectius Principes Electores, cum Ephoris Lacedæmoniorum,
quam cum Senatu Romanorum, comparari debere, statuit *Arniseus 2. de*
Republic. cap. 6. sect. 5. num. 71. 83. Reliqua jura singularia Electorum latè
persequitur *D. Limnaus lib. 3. jur. public. cap. 2. per tot.* Quæ priscorum Impe-
ratorum religio ac devotio erat, ut nihil absque præsentia ac consilio Eccle-
siasticorum feliciter absolvi posse sperarent. *Heig. part. 1. quæst. 4. num. 61.*
Inde factum, ut civitatibus majoribus Episcopi præficerentur, *l. 36. C. de*
Episc. & Cler. & in civitatibus metropolitanis, (quæ inde dicebantur, quod
Regalis curia ibi ut plurimum erat) Ducibus ac præfectis successère Archi-
episcopi. *Besold. de jur. civit. Imper. n. 6.* Quare distinguitur Episcopus ab Ar-
chiepiscopo, quod ille civitati, hic provinciæ, quæ multas civitates comple-
ctitur, præsit. *Hatijer. in analys. jur. feudal. cap. 5. lit. d.* Et in scriptis Patrum
antiquorum, conciliis atque annalibus, civitatem semper denotare Episco-
palem vel metropolitanam, docent *P. Greg. Tholosan. in synagm. jur. univ. vers.*
lib. 17. cap. 3. n. 13. D. Limnaus lib. 7. jur. publ. cap. 1. n. 13. Conqueruntur pro-
inde Protestantes Germaniæ, *ap. Horleder. Von Ursachen des Teutschen Kriegs.*
tom. 1. lib. 1. cap. 37. num. 352. contra decreta Canonum, tot civitates ac ferè
provincias unius Episcopi inspectioni ac directioni subesse. Qui verò adesse

civitates

civitatis statuunt, ut ibidem Episcopus sit; eorum exinde reprobatur opinio, quum & ante Episcopos fuerint civitates, & post Episcoporum institutionem, ii in magnis ac populosis civitatibus, solummodo positi fuerint. *Paurmeister lib. 2. de jurisdict. cap. ultim. num. 7. Cluten. in syllog. rer. quotid. thes. 22. lit. d.* Episcopi verò civitatibus præpositi, rebus divinis solum præerant, & populos Christianæ religionis doctrinæ insinuatione moderabantur; *l. 6. C. de Episc. aud.* Haben die eingesetzte Bischoff kein weltliche Verwaltung über die Stätt vnd darzu gehörige Gaw / sondern allein die inspection vnd auffsehen / über die übergebene Distrikt vnd Kirchen getragen *Lehm. in Chronic. Spir. lib. 2. cap. 18.* Sed quia non omnes dicto audientes: superioritas Ecclesiastica, ut melius explicaretur, *l. 2. ff. de jurisdict.* Episcopis specialis quædam jurisdictio, in personas ac causas Ecclesiasticas concessa fuit. *l. 2. C. de Episcop. aud.* Modestæ verò causa, affluerunt Ecclesiastici, vocabulum audientia: non jurisdictionis, ut hanc magistratui politico integram relinquerent. Si enim idem valeret audientia Episcopalis, quàm jurisdictionis Prætoris, quorsum opus uni & eidem rei, diversa nomina imponere? *l. 7. C. de codicill.* Quare nec forum habebant Legibus, vel apparatus, vel jus exequendi sententias, quarum executio, ad magistratum secularem pertinebat. *Rittershus. ad Novell. part. 1. cap. 7. n. 47.* Inclinante verò Imperio Romano, ac confugiente populo pietatis zelo ad Episcopos, ipsi demum ex precario jure, autocraticam jurisdictionem in Diocæsibus sibi acquisivere; simili ratione, ut dynastiarum officia temporaria, hæreditaria facta sunt. Quibus accessit indultum Cæsaris, Lud. Pio Imp. hoc asseribunt; (alii Ottoni Magno Imp. *Cluten. in syllog. rer. quot. th. 8. lit. b.*) qui Episcopos in numerum Principum cooptavit, quique propter animarum regimen Principes erant cœli, eosdem Principes Regni effecit; uti ex *Helmolde lib. 1. cap. 4. refert Sixtin. 1. de regal. cap. 4. num. 125.* Sicque Imperatores jurisdictione ac Imperio etiam munivere Antistites, adjectis multis dominiis ac vasallis nobilioribus, ut essent ad resistendum manu forti paganis & hæreticis in oportuno tempore fortiores; unde & in civitates Imperium vel omne, vel saltem in casibus quibusdam acquisiverunt. Quod evincit *Constit. pac. Constant. vers. privilegia, ibi: in civitate illa.* Et duplicem personam, vetustatem gerere voluisse Episcopos, autumat *Joach. Steph. lib. 4. de jurisdict. Eccles. cap. 20. n. 60.* ut pro defensione Ecclesiæ, ejusque patrimonii acriter dimicarent. Nec modo in Germania, Herbipolis sola, Judicat ense & stola; ejusque Antistes cum pedo pastorali unâ in insignibus coruscantem enssem gerit: *Speidel. not. polit. lit. W. iii. 47.* Sed & Episcopus Cadurcensis (*Cahors*) in Gallia, gladio ac galeâ altari impositâ, ocreatus ac armatus, solemne facrum peragit. *Les antiquitez de France. p. 711.* Jura verò Principum secularium, cum damno & incommodo Reipubl. ac Ecclesiæ communicata fuisse Clericis, asserunt protestantes ap. *Horsleder. Von den Ursachen des Teutschen Kriegs. tom. 1. lib. 1. cap. 37. num. 340.* Sicque in Imperio nostro, Principes Ecclesiastici feuda regalia obtinent; non quidem quatenus Ecclesiastici, sed quatenus Principes ac Status Imperii sunt. *Cluten. in syllog. rer. quotid. thes. 8. lit. h.* Quorum ratione & Imperio immediatè subsunt, ac æquè ut seculares, Edicto Pacis Publicæ ligantur. *Gail. 1. de P. P. cap. 1. n. 12.* Quidam etiam non modo Episcopatus ac Prælaturas, cum annexis juribus Principalibus ac superioritatis sibi vendicant, sed & peculiare Ducatus & Comitatus speciali titulo possident; & mixtam rationem administrationis habere videntur. Quos refert *Paurmeister. 2. de jurisdict. cap. 9. num. 8.*

Post Electores itaque succedunt, inter Ecclesiasticos Principes, Archi-Episcopi ac Episcopi; de quorum jure ac dignitate, *Vid. Dn. D. Reinking. de reg. eccl'es. lib. 3. class. 2. cap. fin. Speidel. notabil. politiic. lit. E. iiii. 36. tit. B. tit. 40. Konig. 1. part. thes. pol. cap. 35.* Reliqui Prælati, qui à præferendo, Antistites Ecclesiarum dicuntur, vel quod præfint, Præpositi; *cap. 9. X. de V. s. partim immediate Imperio subjecti, partim Principum titulo decorati; qui tamen jus suffragiorum in solidum non habent, sed universi unius Principis vicem sustinent, quamvis in districtu suo, eandem cum Principibus potestatem obtineant. Quales sunt Abbates, Abbatissæ, Præpositi & Commendatarii. Paurmeister. 2. de jurisd. c. 9. n. 4. & 10. n. 7. 16.*

Inter seculares, post Electores proximum obtinent locum Archiduces. Suntque in Imperio Romano, soli Austriaci, quam dignitatem familiæ, nulli Principes ab Imperatoribus obtinere potuerunt, non obstante ipsorum sollicitatione. *D. Limnaus lib. 4. jur. public. cap. 3. n. 26. Insignia privilegia Archiducum Austriæ, vid. apud. Munster. in Cosmograph. lib. 5. cap. 354. D. Limnaus lib. 5. jur. publ. c. 2. n. 32. Speidel. notab. polit. lit. E. iiii. 38.*

Principes qui in simplici nomine Ducum perstant, quatuor gradibus differunt. 1. Qui absoluti sunt omnino, nec superiorem agnoscunt; quales sunt Ducus Italiæ, quos proinde Serenissimos appellari ait *Rodolfin. de Ducib. Ital. num. 234.* 2. Qui superioritatis jura equidem possident, sed Majestatem superiorem devenerantur; ut sunt Ducus Germaniæ, inter quos quidem, quæ tales nulla differentia est, nisi ordine sessionis; *Vulsey. 1. de feud. 41. n. 14.* Dicuntur tamen ex istis specialiter Imperii Ducus quatuor: Brunsvicensis, Baviaræ, Sæviarum, Lotharingiæ. *Schonborn. 5. polit. 38.* 3. Qui simpliciter titulo ac præ eminentiâ Ducum gaudent; quales sunt in Gallia, ac Neapolitano Regno, quos proinde Principes ac Ducus abusivos appellat *Rodolfin. de Ducib. Ital. n. 173.* 4. Qui ad dies vitæ, ac ratione officii dignitate Ducali clarent, nec cum dignitate quicquam territorii ac jurisdictionis possident, quales sunt in Anglia. *T. Smith. de Republ. Anglor. cap. 17. pag. 142. Quomodo verò hæc differentia Ducum primò invaluerint; Vid. Loiseau des seigneuries. cap. 5. num. 57.*

Subjunguntur hæc Comites Palatini Pfalzgraffen / qui Palatii Cæsaris olim præfecti erant; vel jus dicebant, bello partis, pacatisque provinciis, Romanorum veteri more, aut Francorum constitutione. *Paurmeister. 2. de jurisdic. c. 11. n. 6. De horum jure ac autoritate, vid. Besold. de Comit. & Baron. D. Limnaus lib. 4. jur. public. c. 4. n. 28. Speidel. notab. polit. tit. 14. lit. P.*

Principali etiam dignitate præditi censentur Marchiones, qui tuendis Imperii finibus præfecti, limitaneis simul jura dabant, de quibus videatur *D. D. Reinking. lib. 1. reg. sec. class. 4. cap. 13. Besold. de Comit. & Baron. num. 10. D. Limnaus lib. 4. jur. public. cap. 4. num. 23.* Jure Romano liminarchæ dicebantur, portubus præpositi. *l. 4. ff. de fugit. l. 38. C. de liberal. causi.* Quorum instituto, Guilielmus Victor, ut Cantium (quæ provincia tanquam Angliæ clavis habetur) sibi firmius retineret, Connestabilem Castro Douerensi, eundemque liminarcham quinque portubus constituit. *T. Smith. de Republ. Anglor. lib. 1. p. 8.* Liminarchæ etiam isti dicuntur, qui ad id constituti, ut hostes à limine arcerent, uti castigant *l. un. C. de off. Com. Oriens. Goshof. ibid. & Calvin. in lexic. Qui Comites & Ducus limitanei dicuntur, apud Lamprid. in Alex. Sever. Neque mirum, quum Marchiones ex Comitum genere sint, quod inter Principes numerentur; quum & jam olim Comites diversi ordinis fuisse constet, ex *l. un. C. de comit. qui provinc. lib. 12.**

In serie Principum etiam collocantur Landgravii (jure Romano dicuntur, Comites provinciarum, *l. un. C. de com. qui provinc. reg. lib. 12.* inde frequens mentio Comitum Africae, Orientis, Macedoniae; *Loiseau des seigneuries. cap. 5. n. 17.* qui praefecti provinciarum mediterranearum erant, ad differentiam limitaneorum. Quorum quidam in ordinem Principum Imperii relati sunt; unde Mauritius Hassiae Landgravius, quum Principum titulo non compellaretur in literis Magni Ducis Hetruriae, solum comitatus nomen, quod ex vetustate relictum, antiquitate inclauit, minimè ob stare posse retulit, quo minus reliquis Ducibus in dignitate aequetur. *Dan. Eremia in iun. German.* Sunt tamen & alii Landgravii, quorum munus in Principatus honorem non abiit, qui que nomen Comitum, Landgravii titulo, in inscriptionibus proponunt. *D. Limnaeus lib. 4. jur. publ. c. 4. n. 78.*

Succedunt Burgravii, vel Comites Castrenses, *Cluten. in syllog. rer. quotid. thes. 26. lit. h.* antiquis Germanis centenarii dicebantur; qui olim in amplissimis civitatibus constituti, ejus iudices ac burgi praefecti erant. *Knichen. de Saxon. non provoc. jur. cap. 4. n. 44.* *Paurmeister* verò hosce iudices dicit in terris quae Imperatorum donatione Ecclesiis accesserant, *lib. 2. de jurisd. 11. n. 6.* Qui Burgravii dignitate ac autoritate discrepant. *Vid. D. Limnaeus lib. 4. jur. publ. cap. 4. n. 80. Konig. 1. part. thes. polit. cap. 36. n. 45.*

Postremo, Principum gradu censentur, Comites Principates, *Gesüfste Graffen* quales quondam erant Hennebergenses, nuperrimè Princeps Ernestus, Comes Holfatiae Schauenburgicus, quo absque filiis extincto, cum eo dignitas hæc brevi simul interiiit: modò Comites Schuartzburgenses Arnbergici in Thuringia; aliiq; quos refert *D. Limnaeus lib. 4. jur. publ. cap. 4. n. 92.*

XVIII.

Comites *a*] & Barones *b*] triplicis generis in Imperioprehenduntur. 1. Qui ab Imperio feudum Regale, cū immediatâ qualitate possident. *c*] 2. Qui mixtæ conditionis existentes, qualitatem ab Imperio, feudū à Principe inferiore recognoscunt. *d*] 3. Qui in matriculam non relati, à Principibus eximuntur, feudum ac dignitatem iisdemq; acceptam ferunt. *e*]

a] Comites à Comitando dicuntur, *l. 1. §. 2. ff. de injur. suntque 1. qui comitabantur, adjuvando magistratus in publicis negotiis ac judiciis, l. 16. ff. de off. praef. l. 4. ff. de off. ass. l. 41. §. 2. ff. de excus. iur. l. 12. §. 1. ff. de vac. mi. l. 19. §. fin. ff. loc.* Et hoc significatu, jure feudorum *vers. testes verò. 1. Feud. 26.* uti apud Germanos, *Grave* pro iudice non infrequens nomen; *der Grave des Ebnfürst. Hohen Gerichts zu Cöllen/ Centgrave/ Holsgrave/ Dietgrave/ Saltgrave/ Sobgrave/ Hausgrave.* 2. Qui ex comitatu Cæsaris (unde sacer comitatus, qui in militia aderat summo Principi, *l. 13. §. 3. ff. de re milit. ac comitatus Principum dicitur, l. penult. ff. de milit. test. Vid. Hattysen. in analys. jur. feud. c. 10. vers. contra non potest. lit. b.*) ad provinciam aliquam regendam destinabantur; qui cū ea exercerent munia, minimè deposito comitis nomine, reliqui civitatum iudices, etiam si in comitatu Principis non fuissent, ad conciliandam auctoritatem, comitis nomen sibi adscyere. 3. Qui negotiis Imperiali-

perialibus præfecti; Comites sacrarum largitionum, rerum privatarum, sacri palatii, sacri patrimonii, de quibus *lib. 11. Cod.* Hique pro varietate munerum, primi, secundi vel tertii ordinis censebantur. *Wesemb. paravid. C. de off. Com. sacr. larg. n. 1. 4.* Moribus Imperii nostri, qui de comitatu investiti, vel quibus diplomate summi Principis, comitiva dignitas decreta est. *5. Qui codicillares & titulo tenus Comites Gallis dicuntur; sans terre & domaine, D. Limæus lib. 4. cap. 4. n. 96.* Quales sunt Angliæ Comites, quibus præter dignitatem, eo in Comitatu cujus titulum gerunt, nihil possessionis aut jurisdictionis est, nisi quantum ex redivibus regis annuatim, certa pecunia designatum. *T. Smith. de Rep. Anglor. p. 144.* Similes hi esse videntur, Episcopis titularibus ac portativis, qui absque diocesi, aliorum Episcoporum, maxime in Germania, suffraganei sunt, quos Curia Romana Nullatenances appellat. *Wurf. in Chronic. Basil. lib. 2. cap. 17. b.* Barones omnes dignitate pares sunt, quamvis nomine differant. Sunt enim alii *Semperfreyen / Herren / Edte Herren / Freyherren / Freyen / Edete.* Quos recenset *Paurmeister lib. 2. de jurisd. cap. 11. n. 32. Cluten. in synlog. rer. quot. thes. 26. lit. i.* Quondam comites Baronibus inferiores erant; horum enim vera nobilitas est, immunis ab oneribus patrimonialibus ac personalibus, *Paurmeister 2. de jurisd. cap. 11. n. 27.* Comitum verò, officii judicium nomen erat. Edet enim dicebantur soli Principes, horum filii *Edetherren /* reliqui nobilium post Principes, titulo distinguebantur; *Semperfreyen / so die höchsten Freyen gewesen / Mittelstreyen / die Dittermästige / so man Dienstmänner vnd Edelknecht hat geheissen; Bndersfreyen seynd die Freyen Bürger vnd Landtassen gewesen.* Uti ex Munstero refert. *Draco de Orig. Patric. lib. 3. pag. 227. num. 3.* Barones quidam à pari derivant, quòd pares sint Comitibus; *Schonborn. 5. polit. 40.* Et *Freyherren* dicuntur, quod liberum eis fit, Comites fieri quoadcunque placet. *Vuljev. lib. 1. de feud. cap. 4. n. 14.* Uti quoad dignitatem regalem, in Imperio, ferè comparantur. Quoad jus votandi; conjunctim enim omnes sine ulla cujusque prærogativa, duo habent suffragia. *D. D. Remig. Fesch. de fader. lit. a.* In subscriptione recessuum, generali nomine *Graffen oder Herren* complectuntur. *O. C. part. 1. tit. 43.* Mediatorum ac immediatorum pari modo, ut Comitum, distinctio adhibetur. *§. Wiewot auch. R. J. anno 1548.* Similiter Imperio immediatè subditi sunt, *O. C. part. 2. tit. 3. 4.* ac suprema jura territorii habent. *Gail. 1. de P. P. cap. 6. n. 10.* Imò Comitum nomine comprehenduntur. *iii. von der Graffen Steur. Ord. Regim. Aug. an. 1500.* Titulus illustrium utrisque promiscuè attribuitur, quamvis in vernaculo sermone, isti *Hoch vnd Wolgeborn / hi Wolgeborn /* compelluntur. In munere judicis ac Præsidum Camerae Imperialis, æquiparantur. *O. C. part. 1. tit. 1. pr.* Uti & pari gradu censentur, in LL. sumtuariis ac vestiariis. *iii. Von Graffen vnd Herren. Reform. polit. August. 1530.* In quibus tamen, nec vilitas plebis, cum excellentia optimatum indistincta sit, dignitatis ac ordinis ratio ut plurimum haberi solet. *Schonborn. 3. pol. 17.* Barones æquè ut comites licitè coronam super insignia gestant. *Besold. part. 4. Consil. 195. qu. 11. n. 138.* Minus verò obstat, quod in libris Feudorum, Baronum expressa mentio non fiat; aliam enim præter Marchiæ, Ducanus ac Comitatus, enumeratas, adhuc superesse dignitatem, evincit *pr. cap. 1. Feud. 14. Sixtin. de Regal. lib. 1. cap. 4. n. 43.* Ita nec Principum, nec Landgravorum, Burggravorum, ibidem mentio fit, qui tamen absque dubio regalem obtinent dignitatem. *Wurmser. exerc. 3. jur. publ. thes. 24.* Nec officit, quòd Comites ordine antecedant Barones; quia & Duces ac Principes alii alios antecedunt: quatenus tamen Principes, & quoad

& quoad regalem dignitatem, æquiparantur. *Besold. de Baron. n. 20.* Quod verò in quibusdam Imperii constitutionibus, Barones ac Domini ut diversi ponuntur: id stylo Cancellariæ potius factum, quàm ut gradus dignitate differentes sint, inde quoque liquet, quod Principes dignitate pares nominibus etiam discrepent; ac inferioris ordinis nobiles, diversis quoque nominibus nobilium & militum, *Edel und Knechte* ibidem appellentur. *Paurmeist. 2. de jurisd. 11. n. 39. D. D. Reinking. lib. 1. reg. sec. class. 4. c. 15. n. 27. e]* Hi immediate ab Imperatore de Comitatu investiti, tanquam Status ac proceres Imperii ad comitia vocantur: ac quoad jurisdictionem, regalia ac potestatem, eadem possunt in suo territorio, quoad personas & causas omnes, quæ reliqui Status Imperii. *Paurmeist. 2. de jurisd. cap. 11. n. 22.* De horum privilegiis, dignitatibus ac præ eminentiis *vid. Besold. part. 4. consil. 195. q. 10.* Præcisè tamen non requiritur, quod comes comitatum ab Imperatore in feudum nactus sit, sufficit etenim quod ipse vel aliquis majorum suorum, ab Imperatore Comitatum cum sublimi territorii jure in allodium suum acceperit, vel tempore immemoriali illud jus quæsierit. *D. D. Reinking. lib. 1. class. 4. num. 9.* Quod Friderici Imperat. tempore in Italia contigisse, scribit *Calvin. in Lexic. verb. regalia pro feudis regalibus*; de quo *Guntherus lib. 8. Ligurin.*

*Tanta tamen dari fuit indulgentia Regis,
Ut quicumq; bona pristorum munera Regum
Hactenus ista fide possederat, idq; probare
Legitimus poterat vel demonstrare tabellis,
Principis assensu, titulo gavisus eodem
Nunc quoq; possideat. ———*

d] Isti duplicem respectum habent, ac ratione dignitatis Imperium, quoad causas feudales forum Domini sequuntur. Ratione enim personæ, immediati status Imperii sunt, sed respectu particularium bonorum, Principi inferiori, tanquam feudi Domino homagio obstringuntur, quod ipsum reale est, nec conditionem personæ ratione jurisdictionis afficit. *T. Michael de jurisd. thes. 58.* Diversa enim personis vi jurisdictionis, & pro rebus personis onera imponuntur, uti constat *ex tit. ff. de jurisd. & de muneribus & honoribus separatis. Wehner. in observ. pract. tit. Landtschuldigung.* Quapropter comitem esse dignitas personalis est, nec à rebus sed à concedentis potestate dependens. *D. D. Reinking. lib. 1. reg. sec. class. 4. c. 14. n. 34. & 43.* Comitatus enim dignitas est, quæ non convenit castro vel villæ in feudum concessis, sed ab Imperatore, ut fonte regalium dignitatum, emanat. *Bruning. de homag. thes. 300. e]* Quorum nonnulli licet regalem dignitatem ab ipso summo Principe obtinuerè, in Imperii matriculam nunquam relati fuère; unde dicuntur simpliciter *Graffen* / nec ut superiores *Reichsgraffen* / nonnulli licet in eandem aliquando relati, ab aliis tamen Principibus eximuntur. Quales refert *D. Limæus lib. 4. jur. publ. cap. 4. n. 94.* Quocumq; enim modo aliquid præter Imperatorem supra se agnoscunt, cui parere necesse est, tantum à Comite Imperii discedunt, quantum alterius Imperio tenentur. Inter Dominum enim ac servum, patronum & clientem; auctoritas, imperium & potestas discrimen facit. *Bes. p. 4. consil. 195. q. 5.* Quidam etiam horum Comitum, dignitatem non ab ipso Principe summo, sed ab inferioribus, obtinuerunt, qui tali privilegio Imperiali dotati; aliqui etiam à summo Principe ad digni-

tatem effecti, cum expressa reservatione, juris Principi, ut Domino territorio, competentis. Ac dicuntur Comites Landsassii, Landeute/ die dem Landesfürsten Landrecht/Landordnung/ Landgericht/ Landtgebott vnderworffig vnd die Landes huldigung zu thun schuldig. *Bidembach. qu. 1. & Principum suorum, ut reliqui subditi, collectis subjacent. §. Wievot auch in der Ringerungs-handlung. R. J. 1548.*

XIX.

Nobiles immediatè Imperio subiecti, ut reliqui Status, libertate ac prærogativâ suâ fruuntur, nec nisi ratione feudorum, quorundam Principibus inferioribus obstringuntur.

Dicuntur Nobiles hi, die freye vom Adel/ die ohngemittelte/ gefreyete Reichs Ritter-schafft/ dem Reich ohn Mittel vnderworffen. *O. C. part. 2. iii. 5. Die weil sie vmb ihren Vorfahren verdienst willen / von dem H. Reich / ihr Ehr vnd Würde/ auch den wehrendt ihres Guts haben. iii. Was man mit der Ritterschafft R. J. anno 1500. Qui ex regione ac loco habitationis in tres classes distribuuntur; Franconicam, cuius sedes ac privilegia profert D. Limneus lib. 6. jur. publ. cap. 3. n. 46. 49. Suevicam, Idem d. l. n. 57. 59. Rhenanam, Ibidem n. 59. Experimentia verò refutari, qui nobiles Alsatia eò specialiter referunt, tradit *Besold. 1. polit. cap. 9. §. 4. n. 15. nec etiam privilegiati nobiles, gefreyete Landsassen/ statim exempti censendi sunt. D. D. Reinking. lib. 1. reg. sec. class. 5. cap. 10. num. 15. Hiverò prædicti nobiles immediati, eandem jurisdictionis ac potestatis eminentiam in liberis suis castris exercent, quam superiores Imperii status; nec Imperatori plus juris inibi quam in aliis Ordinibus territorii, uti horum nobilium iura ac immunitates producit D. Limneus lib. 6. jur. publ. cap. 3. n. 36. Sub Status etiam comprehenduntur, die Ritterschafft vnd Adel / welche vnder den Reichs vnd Crayßständen mit begriffen seyn. *Rec. Deput. anno 1564. §. Wir wollen auch. Quæ tamen qualitas, ad aliquos, non verò ad omnes hujus generis nobilium, refertur, qui in matricula designati reperiuntur, utpote; die Ritterschafft des Schlosses vnd Burg Friedberg Geinhausen/ die Ritterschafft vnd Gesellschaft St. Georgen Schütts im Hegau. Quam observationem notabilem primus deprehendit D. Limneus lib. 6. jur. publ. c. 3. n. 32. Quamvis nil impediât, quo minus reliqui immediati permaneant; Dann etliche nicht Ständt des Reichs / jedoch dem H. Reich immediatè vnderworffen §. Vnd wollen Wir/ als Röm. *Rec. Deput. Worm. anno 1564. Latius enim patet immediatè subiectum, quam Statum esse. D. D. Reinking. lib. 1. reg. sec. class. 5. cap. 10. n. 3. Inde nobiles hi, nec forum Domini, in cuius territorio bona ipsorum sita, sequi necessum habent, sed Cæsarem ejusque Cameram Imperialem judicem ad eunt; quod multis probat *Bidembach. qu. 1. Hinc ex pignoratione, aliisque Constitutionibus Imperii, subditis immediatis solum concessis, contra Dominos suos feudales obtinent mandata, & cum effectu agunt, nec exceptione subjectionis repelli possunt. *Rosenthal. de feud. cap. 5. conclus. 69. in scholiis. lit. h. Et constitutiones privilegiate respectu horum feudorum, in quibus Vassalli habitant, competunt ex stylo Camera, modò isti vassalli sine controversia immediati sint, vel saltem in quasi possessione exemptionis. *Rosent. de feud. c. 5. concl. 78. n. 9.*******

XX.

In civitatum Statu ac libertate cognoscenda, major
difficultas

difficultas occurrit. *a*] Quædam 1. ab Imperio plenam libertatem ac superioritatē obtinent. *b*] 2. Municipales Domino provinciali ac territorii subjectæ. *c*] 3. Aliquæ quoad Regalia ac jura singularia Imperium, quoad particulares obligationes, *d*] inferiores Principes recognoscunt; indeque mixtum Statum obtinent. *e*]

a] Civitatis vocabulum, quæ propriè vel impropiè significet, docet *Paumeyster. 2. de jurisd. c. ult. princp.* Imperator verò qui solus jus condendæ civitatis habet, *leg. unica Cod. de metropol. Berytho* quale jus civitatibus indulget, talem inde formam, quoad statum servam aut liberam, mixtam aut planè liberam obtinent. De statu verò civitatum judicatur ex libertate acquisita, quæ talis est, vel ex prima fundatione ac erectione facta, beneficio Imperiali; vel ex avocatione officialium Imperii; vel exemptione à jurisdictione Principum Ecclesiasticorum vel secularium; merâ liberalitate; interventu pecuniæ aliisque modis ac conventionibus; unde distinctio illa civitatum: quarum aliquæ ab initio Imperium solum recognovère; reliquæ inferiorum jurisdictioni erectæ, sub tutela Imperii, libertate placidè fruuntur. *Paumeyst. 2. de jurisd. cap. ult. n. 21.* *b*] Civitates Imperii liberæ, libertatem quomodo acquisierint Vid. *Besold. de jur. civ. Imp. num. 2.* De statu ac immunitatibus harum civitatum Vid. *Wehner. in obs. pract. iit. Freye Reichsstände. D. Limneum lib. 7. jur. publ. cap. 1. per tot.* Quemadmodum verò officiales olim, summi Principis personam sustinebant; *arg. l. 32. ff. de æqu. plur.* ita in civitatibus hæc Consules ac senatores, solemnī more electi, ac juramento civitati obstricti, præcis istis Comitibus civitatum, *Reichs-Bogten* vel *Reichs-Schuttheissen* substituti, de rebus publicis deliberant, quæque ad Republicam curam pertinent expediunt, adeoque hoc civitatum consilium Principibus æquipollet, ac ut subditi Principibus ita cives Senatui, homagio obstringuntur.

c] Quæ dicuntur *Land-Stätte/ Fürsten-Stätte/ Erb-Stätte. D. Limneus lib. 7. jur. publ. cap. 1. n. 31. Speidel. notab. polit. lit. L. iit. 11.*

d] Salva itaque libertate sua, jura quædam Principum perpatiantur, quæ in aliis majora, minora in aliis, in quibusdam penè umbratilia sunt. *Dapp. de civit. German. cap. 5. n. 20.* Verissimum verò hæc civitates deprehendunt; quod acquisitâ libertate hostes acquirantur, quorum interest ea ne duret; *Machiavell. 1. de Republ. c. 16.* exinde oppositiones illæ inter Principes & magnates, ac liberis privilegiatasque civitates; nolunt enim civitates pati dominationem, volunt Principes dominari: ait *Besold. de Feder. cap. 1. pag. 7.* harum itaque adversus potentiores securitatis cautio, ut potentes, si nocere velint non possint: cum nocendi voluntas, ambitiosis hominibus & impetrandi cupidis, nunquam sit defutura. *Bodin. lib. 5. de Rep. cap. 6.*

e] Licet difficile sit apud Jctos, ut unus homo, duorum vices sustineat; *l. 9. vers. nec non. ff. de pact. l. 13. §. 4. ff. ad SC. Treb.* eadem tamen persona, diversis qualitatibus prædita, pro diversa habetur. *c. 16. X. de priv. l. 18. ff. de manum. vind. Socin. reg. 542. Gail. 1. obs. 36. n. 8. Sixt. de reg. lib. 1. c. 4. n. 122. Wehner. in obs. pract. iit. Landsasserey.* Quando enim in una persona duæ qualitates concurrunt separata-

tæ, de ea persona ut duabus judicandum erit. c. 15. X. de concess. preb. Sic unus idemq; respectu diverso filius est & nepos, arg. §. 6. Instit. de adopt. quasi hæres & mater, l. 59. ff. ad SC. Trebell. Nec absurdum est aliquem esse respectu unius in libertate, & respectu alterius in servitute. Gail. de arrest. c. 6. n. 17. Inde incongruam appellationem civitatum mixtarum non esse patet, quæ ex libertate ac subjectione temperantur quod statum; quamvis inter istas mixtas non pauca sint, quæ amplitudine opibus, & potentiâ, multas ex civitatibus merè Imperialibus longè superent. Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 4. n. 86. Nec obstat, quod in Constitutionibus Imperii mixtum hoc genus civitatum nusquam nominetur. Paurmeister. 2. de jurid. cap. ult. n. 7. 1. enim mirum hoc non est, quum in Receptibus regulariter mentio fiat civitatum, quæ in Comitibus comparuere ac subscribere, reliquas itaq; suo loco ac libertate tacitè relinquunt. 2. Nomen etiam ac distinctio hæc artificialis à Jctis excogitata, sed ex ipsius rei natura desumpta est; Besold. de jur. univers. c. 8. licita proinde, quum veritati nihil obsit, l. 8. ff. de castrens. pecul. Nec de verbis adeo superstitiosè laborandum, ubi de re ipsa constat, ne dum verborum proprietates attenditur, sensus veritatis, amittatur, cap. 6. 8. 15. X. de V. S. neque verbis, sed rebus ipsis leges imponuntur. l. 2. in fin. C. commun. de leg. Ipse etiam Paurmeister alleg. cap. ultim. n. 19. fatetur, Frey-Stätte vnd Freyheit generaliter accipi, de illarum etiam civitatum immunitate, quæ non καὶ πᾶσι, sed in quibusdam à Principum ac Ordinum aliorum jurisdictione ac potestate exemptæ sunt: Et n. 21. ibid. generali significatione der Reichs-Stätte contineri ait; Die Stätte/ welche ihre Freyheit/ Recht/ Negation/ hohe vnd nieder Obrigkeit haben vnd gebrauchen/ auch in der alten Reichs-Mat. iust vnd in den Reichs-Stätten begriffen/ aber weder auff die Reichs noch Stätte versammlung beruffen werden/ auch nicht wie andere Stände daseibst/ Stand/ Stimmen vnd Session haben. n. 31. & seqq. etiam ipsemet supra positam distinctionem civitatum confirmat, inquires: quasdam Imperatorem solum salvis privilegiis ab Imperio impetratis, superiorem agnoscere; quasdam Principibus & Ordinibus quo ad superioritatis actus, tam civiles quam Ecclesiasticos actus omnes; quasdam salvis privilegiis partim Imperio, partim Ordinibus, parere. Ut mera horum deprehendatur subtilitas, qui non sensum, sed vana nominum vocabula amplecti desiderant. l. 2. §. 1. C. de consuet. pecun. Minus verò officit, quod liberæ civitates non dicantur, nisi quæ jus comitiorum habeant; nobiles enim liberi non omnes, uti ac pleræque civitates Imperiales, ad comitia non vocantur, ibidemque nec votum, neque sessionem habent, uti docet D. Limn. lib. 1. jur. publ. c. 7. n. 92. & lib. 6. c. 3. n. 18. Aliudve esse Statum Imperii, ac immediatè Imperio subiectum, præcedenti thesi probatum fuit. Hanc verò civitatum partitionem, antiquitas non respuit; nam secundum faciem Imperii Romani prisici, in triplici differentia erant civitates. 1. Erat metropolis, ut Roma. 2. Colonia, ex metropoli deductæ. 3. municipales, suo jure ac legibus viventes, atque muneris honorarii cum populo Romano tantum participes. Schonborn. 4. polit. 10. Würms. exerc. 1. jur. publ. thes. 18. Eam innuit. §. Gotchem zu begegnen. R. J. anno 1548. ubi inquiri jubetur; Ob vnd wie die See: vnd Ansee-Stätter/ dem Reich vnd andern vnderworfen welche der Hülf halben dem Reich/ auch Churfürsten/ Fürsten vnd Herren nicht verwandt seyn wollen. Probat istam distinctionem, Carolus IV. Imper. in sententiis, inter Ducem Holfatiæ & civitatem Hamburgensem; in processibus decernendis, inter Ducem & civitatem Brunsvicensem, Camera Imperii; legendo; Zasius l. de quibus. 32. ff. LL. n. 24. 25. in decisionibus; Gail. 2. obs. 24.

n. 10. in responſis; *Mynſinger. conſil. 13. n. 10.* Uti refert *Dapp. de civit. Germ. cap. 10.*
 n. 4. Temperamentum verò harum civitatum, variis ex cauſis ac juribus diverſi-
 mode conceſſis vel uſurpatis, provenit.

1. Ob pacta a] & clientelæ jus b] quo certis fœderibus in deditio-
 nē pervenerunt, c] reſervatis propriis ſuis Legibus ac privilegiis. d]

a] Pactitii hi dicuntur ſubditi, qui liberi olim fuerunt, pactis tamen quibusdam ſefe ſubmiſerunt. *Befold. de ſtat. mixt. Kerump. c. 6. n. 2.* Et homagium quod pactitii iſti præſtant, conditionatum eſt, & parili nexu Principes ad conſervandam libertatem, ac immunitates acquiſitas obligat. Et dicitur gemäſſigte *Landsſchuldigung. Wehn. in obſ. præf. tit. Landsſchuldigung.* Unde hoc juramentum, contractum ultro citroq; obligatorium appellat *Befold. de jur. civ. c. 2. n. 12.* legitimè adminiſtrandi Remp. & obtemperandi promiſſione conſtans. *Dapp. de civ. Germ. c. 6. n. 23.* Civitates itaq; in Imperio, quæ Principibus & Ordinibus, feudi vel alio titulo nunquam commendatæ, ſed in priſtino immediatæ ſubjectionis ſtatu permanentes ſpontaneâ voluntate, ſefe iis in quibusdam pactis & conventionibus ſubmiſerunt, quatenus illæ Principibus vicinis ſint ſubjectæ, non ex jure ſuperioritatis vel territorii ordinario, ſed pactis & obligationibus metiendum. *Paumeyſter. 2. de juridiſ. cap. ult. n. 31. D. D. Remig. Feſch. de fœder. concl. 8. lit. e. b.]* Libertati enim populi alicujus nihil officit, quod alterius populi majeſtatem comiter conſervet. Quam ſententiam ſcitu dignam, liberis Germanorum civitatibus prædicat *Gothofr. ad l. 7. §. 1. ff. de capti.* Clientes enim liberi ſunt, etiamſi neq; auctoritate, neque dignitate, neque jure omni vel viribus, ſuperioribus pares ſint. *d. l. 7. §. 1.* Et clientes iſi populi dicebantur, qui ex Romanis ſibi advocatos aut patronos parârunt. *D. Limnaus lib. 4. jur. publ. c. 8. n. 76.* Dicuntur enim clientes, quaſi colentes; & patroni quaſi patres. *A. Gell. lib. 5. c. 13. & lib. 20. c. 1.* Inde clientes, quos paterfamilias in fidem ſuſcepit, pars familiæ ejus cenſentur, *argum. l. 3. ff. de uſ. & habiti. l. 132. ff. de V. O.* unde & familiares dicuntur. *l. 6. §. 5. c. de his qui ad Eccl.* Quæ neceſſitudo ferebat, ut clientes perpetuo patronorum ſuorum patrociniis, caput ac fortunas ſuas tuerentur, viciffimq; ipſi patronos ſuos, omni obſervantia atq; obſequio colerent. *Gail. 2. obſerv. 42. n. 2.* Majeſtatem alterius conſervare, eſt operam dare, ut ejus Imperium in tuto ſit, & ut dignitas quæ Majſtatis nomine ſignificatur ei conſtet. *Grotius de jur. belli ac pac. lib. 1. c. 3. n. 21.* Qui tamen comem obſervantiam alienæ Majeſtati, quam promiſere non præſtant, crimen læſæ Majeſtatis haud committunt; *arg. c. 2. verſ. demique licet. Clem. de ſent. & re jud. licet contra pacta & conventiones agant. Befold. de Republ. ſubaltern. c. 1. n. 3.* Nec ex jure advocatiæ, Schutz; vnd Schirms-Berechtigtkeit; inducitur die *Landsfürſtliche Obrigkeit*; ideoque advocati pro clientibus, tanquam ſubditis in Camera ſupplicare nequeunt. *Befold. de jur. Imper. civ. p. 152.* Imò potius & evidens ſignum eſt juridiſtionis & ſuperioritatis non competentis, proteſtio ſi peculiaribus pactis impetretur, *Victor. de exemption. concluduſ. 20.* ſuperfluum enim hoc poſtulare quod jure ſuo quis habet. *l. un. C. de theſaur. lib. 10.* Quamvis in favorabilibus, ubi ſc. de clientum commodo diſputatur, ſub nomine ſubditorum quandoque etiam Schirmsverwandte comprehendantur; quo pertinet quod clientibus æque ut ſubditis ſcribatur: *Unſern ſteben Getreuen. Gail. c. 7. de arr. n. 13. Befold. de jur. ſad. c. 5. n. 13.* Juxta verò illud Pompeji Magni, ſiquidem;

Domum Tyranni quisquis introiverit,

Haud liber exit, liber eſi venerit.

ſumma cautela hic opus, ne ex defenſione fiat offenſio, ac ſub ſpecioſo nomine libertatis, improviſa ſervitus introducatur; nec raro proteſtionis jus, juridiſtionis initium exiſtere, refert *Mindan. de proceſſ. lib. 2. c. 14. n. 5.* Unde non immeritò in advo-

catix jure, quandoque obtinebit, quod Genevates quondam Sabaudix Ducis, ad juris Vice-dominatus prætensionem, respondere; *que c'est, se servir d'un estrier, pour monter sur la selle.* Romani sanè hoc secreto, sociorum defensione, omnes subjugarunt; quemadmodum contigit equo, qui contra cervum pascua sibi corrupperem hominis auxilium imploravit; uti multis aliis exemplis hocce firmat *D. D. Remig. Fesch. de fæder. conclus. 12. lit. a. & concl. 22. lit. a.* Maximè verò, libertatis immunitio metuenda iis, qui hæreditario contractu Erb-Schutz in Principis protectionem transeunt. *Mindan. de process. lib. 2. c. 14. n. 28. D. D. Remig. Fesch. de fæder. conclus. 23.* Quæ verò cautelæ hic observandæ, tradit *Besold. de jur. Fæd. c. 5. n. 16. c]* Qui enim certâ Lege & conventionione superiore agnoscunt, in cæteris integrâ libertate fruuntur, & quoad plenitudinem potestatis, ob Leges ac conditiones reservatas subditi non dicuntur. *Besold. de stat. mixt. Reip. c. 6. n. 2.* Servanda enim fides conditioque quâ aliquis applicari se passus est. *l. 2. ff. de jur. immun.* Sic Abbatia Murbacensis, spontaneâ submissione in clientelam Ferdinandi Rom. Regis cessit, salvâ dignitate, voto, fessiois jure ac immunitatibus pristinis reservatis. *§. Nach dem auch in dem. R. J. anno 1548.* Libertati Magnificæ Reipubl. Genuensis, nihil derogat quod Reg. Hispaniarum, in nonnullis subjectionem præstare; ejus classem ad urbem excipere, aliâque facere & pati cogitur, uti post *Alberic. Gentil. de Legat. lib. 1. c. 4.* statuit *Cluven. in syllog. rer. quot. th. 4. lit. b.* Illustris ac libera S. R. I. Colonienfis civitas, jurat Archi-Episcopo suo *trew vnd holdt zu seyn / so lang er sic hatt in Rechte vnd Ehren/ bey sÿrer alten Gewonheit/ die Sie vnd sÿre Vorfahren herbracht haben.* *Besold. de jur. civ. Imp. pag. 133.* Erphordienfes, quum Archi-Episcopus Moguntinus, limitatam ac restrictam in civitate habeat jurisdictionem, suo jure insuper Saxonix Principes, protectores elegerunt. *D. Limmaeus. lib. 4. jur. public. c. 8. n. 84.* Magdeburgenfes Archi-Episcopis urbis suæ devinctos sese testantur, verum certis LL. videlicet ne in jure ipsorum eos impediât. *D. Limmaeus in not. ad Dan. Otton. jus publ. th. 138.* Brunsvicenses, tum demum Ducibus suis homagium præstant, quando ii prius promiserunt; *Sie bey allen Gerechtigkeiten verbieten zu lassen / vnd zu defendiren / die Privilegia beståtetigt / vnd drüber zweyen Revers zugesellet.* *D. Limn. lib. 7. jur. publ. c. 9. n. 3.* Lunenburgensibus Princeps prior jurare consuevit, se privilegia & immunitates civitatis conservaturum. *D. Limn. lib. 7. jur. publ. c. 1. n. 31. d]* Limitata jurisdictione, & super certis tantum pactis & conditionibus fundata, limitatum producit effectum, & non extenditur ultra expressa in conventionibus & pactis; excipiens enim reliqua firmat. *l. 12. §. 43. de instr. leg. l. 18. §. 11. ff. eod.* Si qui proinde certis ac designatis pactionibus sese subjiciunt Principi, censetur limitata eorum subjectione, quæ ad capita non expressa minimè extenditur. *Knichen de jur. territor. c. 4. n. 66.* Et castrum vel civitas, certis conditionibus Principi subiecta, subdita habetur, quoad illas expressas conventiones, in reliquis libera permanet. *Gail. 2. obs. 54. n. ult.*

2. Ob privilegia ac regalia jura, quæ ab Imperio promeruerè, libere; in reliquis Principibus ac Ordinibus inferioribus subditæ sunt.

Veteri Romanorum jure, pro ratione privilegiorum ac immunitatum, civitates maximæ, majores & minores dicebantur. *l. 6. §. 2. ff. de excus. tut.* In civitatibus Imperii nostri privilegiatis, privilegiorum nomine non veniunt prærogativæ istæ municipalibus etiam concessæ. Sic enim non modò provinciales civitates, sed & vici jura sua habent, beneficio Principum ac Dominorum suorum; *Leben bey sÿrer alten Gerechtigkait vnd Gewonheiten.* Sed privilegia ea hic intelligimus, quæ privilegiatos, supremæ potestatis autoritate, Principum jurisdictioni exemere, quoad certa jura expressa vel concessa. Imperatores etenim, civitatum vicinos Principes, non solum de Duca-

de Ducatibus suis, salvo jure tertii investierunt, sed & disertissimis verbis servitia Imperialia sibi reservarunt; uti tradit *Dapp. de civit. German. c. 10. n. 2.* Eam ob rationem Principes ac civitates Italiae, salvis privilegiis ac immunitatibus quibusdam, tam quoad jurisdictionem quam alia potestatis politicae capita, Imperio ac Caesareae Majestati, etiamnum subjectas esse, evincere conatur *Paurmeisser. 2. de jurisd. lib. 2. c. 4. n. 52.* Sic Carolus IV. Imperator Hamburgum, Comitibus Holstiae (qui modò Ducali dignitate fulgent) parere iussit, salvis libertatibus quas ab Imperiali culmine promeruerat; teste *Krantz. in Saxon. lib. 10. c. 2. Besold. 1. polit. 12. §. 70. n. 2. Matth. Stephan. de jurisdict. lib. 2. part. 2. c. 1. n. 22. D. D. Reinking. lib. 1. reg. sec. class. 4. c. 20. n. 5. Wurmser. exerc. jur. publ. 1. th. 19.* Firmatum fuit hoc rescriptum Principis, sententia Camerae Spirensis, de eadem civitate lata anno 1618. quam inveniri apud *Schröter. in histor. tot. orb. terr. lib. 1. c. 4. pag. 169.* refert *Georg. Andr. Maier. de jurisd. in proem. lit. kkk.* Decreto itidem Camerae Imperialis, Duci Brunsvicensi absque clausula purè mandatum fuit, ut à cognitionibus & processibus caesarum, quae civitatis regalia tangunt, omninò abstineat. *Besold. 1. polit. 12. §. 70.*

3. Ob bona quae possident in territorio, provincialibus quandoque statutis tenentur, salvâ libertate quâ quoad statum civitatis fruuntur.

Novum hoc in Imperio non est Romano-Germanico, dici statum aliquem Imperiale, ratione bonorum sub Imperio immediatè sitorum, quorum respectu *Er ein Stand des Reichs ist*; & provinciale, ratione bonorum in alicujus Status territorio sitorum, quorum intuitu, *Er ein Landstandt* vocari potest. *Besold. part. 4. consil. 195. n. 61.* Nam ob diversitatem bonorum, quae quis possidet, unus idemque ratione quorundam, ut mediatius, ratione aliorum, ut immediatius censetur, uti patet ex *§. Auch der Graffen von Tübingen haben. R. J. anno 1548.* Quemadmodum contra praetati ac capitulum Episcopo suo subjiciuntur; quamvis ratione bonorum quorundam immediatè Jurisdictioni Imperatoris subsint. *Gail. de pignor. c. 7. n. 34.* Firmat multis id exemplis ac testimoniis. *Gail. de arrest. c. 6. n. 14. Besold. de Republ. subaltern. c. 2.* Sic Brunsvicensis civitatem, territorii ratione Ducem, regalium verò respectu Imperium immediatè recognoscere, ait *M. Stephan. de jurisdict. 2. part. 2. c. 1. n. 22.* Imò Duces Cliviae in Flandria, Duces Brunsvicenses in Hollandia, dominia possidere, quorum respectu ibidem forum sortiuntur, tradunt *Cluven. in syllog. rer. quotid. th. 10. lin. e. Gail. de arrest. cap. 6. n. 16.* Homagium verò quod ab ejusmodi mixtis statibus praestatur, respectivum vocant; Da einer einen Fürsten für seiner Land-gütern Erbherren/ und Landsfürsten erkennet / Landshuldigung thut / vñnd davon alle schuldige gebühr leisten muß. *J. Bruning. de homag. concl. 45.*

4. Ob subordinationem jurisdictionum, a] juraque separata, b] conventionione aut concessione, c] quae particularim considerata, universalem subjectionem non inferunt. d]

a] Exemplo sunt Genevates, qui olim cum Episcopo suo ita partiti erant jurisdictionem; ut Episcopi Imperium interdum exaudiretur, noctu quiesceret; Senatus verò illic inciperet, ubi desineret Episcopus. *Stat. Ademar. Episc. Genev. artic. 22.* Uti ibidem à Vice-Domino in civilibus ad Officiale Episcopi, in criminalibus ad Syndicos & Senatum, tanquam judices rerum criminalium dabatur provocatio. Senatus Imperialis civitatis Colonienfis, jus carcerandi inquirendique in fontes equidem habet, damnandi verò & absolvendi, ac potissimum meri Imperii jus, Archiepiscopo competit. *D. D. Reinking. lib. 1. reg. sec. class. 4. c. 20. n. 13.* Apud eosdem Comites

Comites de Neuenær & Bentheim particulare iudicium ac carceris jus, vulgò dicitur *Hacht* / sibi vendicant. Comes de *Hohenstein* Northusii iudice misso, cui duo Scabini à civitate adjunguntur, criminum executionem facit nomine Imperii, civitati tamen, omnibus meri mixtique Imperii & simplicis jurisdictionis quæ sunt salvis. *Wehner. pract. obs. verb. Bogey.* Imò fieri posse, ut quis in alieno territorio alterius Status, certa delicta coercendi potestatem, pactione consuetudine vel præscriptione quæsitam habeat, auctoritate *Knichen. & Wehner. tradit G. A. Maier. de jurisd. sect. 2. membr. 5. polit. i. lit. e. b]* Successorum sanè varietate sæpiùs mutantur jura. *Knichen. de jur. Territor. cap. 4. num. 267. arg. l. 137. §. 6. ff. de V. O. Quare multum interest inter id quod fuit, & illud quod nunc est, argum. l. 98. §. fin. vers. nec admissum ff. de solut. princ. Instituit. de suis. adeoque in hisce juribustantum præscriptum quantum possessum, argum. l. 18. §. fin. ff. de acquir. poss. Wesembec. paratit. ff. de jurisdiction. num. 12. Unde si Princeps jura quædam singularia (merum puta Imperium, vectigalia, salyuum conductum & similia) ex præscriptione vel conventionne habeat, extra eam conditionem & jura, civitas libertate sua gaudet. *Besold. de jur. civ. Imper. num. 12.* Sic Erphordia sub Imperii quidem tutela est, certis attamen pactis Archi-Episcopo Moguntino subjecta, interim & Saxoniarum Ducibus, ultra advocatiæ jus, vectigal & jus salvi conductus ibidem competit. *Wehner. pract. observ. iit. freye Reichs-Stätte. c]* Verosimile sanè est exercitia jurisdictionis, in civitatibus ut plurimum quantum Principes resedisse. Prisco enim seculo, quum omnia Imperatoria manu regebantur, l. 2. §. 1. ff. de O. F. Comites qui iudices aulae Imperatoris non solum ad singulas Provincias, sed & civitates ablegabantur, in terris sibi commissis, tam in civilibus quam criminalibus causis jus dicebant, ac Ducibus ac Episcopis in administratione Reip. adjungebantur. *Speidel. in notab. jurid. lit. G. iit. 46. Quorum officia, quum beneficentia summi Principis, ex temporariis perpetua ac hæreditaria facta (in Germania Ottone I. Imper. in Galliis Hugone Capeto auctore, uti tradit *Paurmeister. 2. de jurisd. cap. 12. num. 9.*) in civitatibus subjectis consuetam jurisdictionem aut conservarunt, aut civibus, ut benevolentiae nexu sibi magis devincirent, jura sua communicarunt, quorum prudentia ac libertatis studio, & insensibili consuetudine talis mixtura jurium introducta, ut vel veteris juris parva quædam indicia, ac quasi umbrae supersint. Aliter opinatur hac de re *Dapp. de civit. Germ. c. 4. n. 9. Quod cum sublimitatem suam sæpiùs in Imperatorem, plurimi converterent Principes, civitates è contrario fideles auxiliis permanerent, variis ob id decoratas immunitatibus, ac principum jugo exemptas, quodque alii per vim & factu, eas gratiæ & remuneratione in perpetuum consecutas fuisset. Nonnullas etiam civitates pecuniæ interventione, de Statuum dominatione evasisse, ac justissimo emtionis titulo, plenam aut particularem libertatem sibi acquisivisse, exemplis docet *Idem Dapp. de civitat. German. cap. 5. n. 14. d]* Uti qui singulas habet res, universalitatem non possidet l. 23. ff. de usucap. ita quoad quid dominium habens, superioritatem sibi asserere nequit. *T. Michael. de jurisd. thes. 56. lit. d. Et expressa conventionne & Consensu vel longa possessione & moribus, à vicinis Principibus, inferiorum jurisdictione, ex investitura, privilegio, vel præscriptione competens, vel quoad partem territorii, vel causas ac personas, partes quoque iudicii potest diminui, in quibus jurisdictione cessat, in reliquis salva & integra permanet, *Knichen. de jur. territor. c. 4. à n. 6. usque ad num. 67.*****

SOLI DEO GLORIA.

DIATRI-